stimauimus, vt theloneum siue vectigal aliquod insti:
tueremus, quod ab iis qui ibi hac nauigarent, et ea
commoditate nauigandi, opera, industria ac sumptu

Laurentii Krzywodzizki facta viderentur, pendi de-
beret, ex quo sumptum necessarium ad retinendum
et conseruandam eam ipsam nauigandi commoditatē
idem Laurentius Krzywodzizki et sui Successores ha-
bere possent. Vtigmodem de consilio communi, et Cō-
sensu etiā Omnium Regni nostri Consiliariorum, ac
Nunciorum terrestrium, in eo Comentu Varschoviēn
existentium, autoritate eiusdem Comentus, et nostra
etiam Regia, per praesentes hās instituimus indici-
musq; Ita nempe, vt omnes Mercatores cum quovis
genere mercium isthac nauigantes, à qualibet Sca-
phā mercibus onusta, memorato Nobili Laurentio
Krzywodzizki, vel eorum bonorum possessoribus, si
commoditatem eam nauigandi trahebuntur et prae-
stabunt, grossos decem visitatos pendant et nume-
rent, à Nauigio item quovis, Komięga vulgò dicto,
grossos septem cū dimidio, à stremibus lignorum, trawki nū-
cupatis, ab vno quoq; vectis grossos quinq;, omnes de-
ponent et soluent et hoc idemq; thelonium memora-
tus Laurentius Krzywodzizki et sui successores tē-
poribus perpetuis, libere exigent et recipient, ab omni-
bus Mercatoribus, qui ad pendenda thelonea ex
Legum praescripto obligantur. Eiusq; thelonei nomine,
in loco illo, tutam, commodā, et facilem quā maxi-
mē poterunt nauigationem praestabunt, sub amissione
et priuatione emissi thelonei. Quamquidem rem
notam esse omnibus quorum interest, volumus: eisdēq;
serio praecipimus, ne vectigal et thelonium hoc in suis
ex causis instituta pendere quovis modo et praetex-
tu remant, sub poena infligendi defraudatores thelonio-
rum debitorum prospositis. In cuius rei fidem
praesentes manu nostra subscripsimus et sigillo

Regni nostri mutui mandauimus. Datum Varsc Sonice
in Comitiis Regni nostri generalibus die Tertia Me-
nsis Martij Anno Dni 1578 Regni nostri Secundo.

Stephanus Rex Spt

Franciscus Petri Grau den, Flander & Aurifaber Crac in numerū seruitor Regior suscipitur.

v.p. Stephanus Dei gratia Rex Poloniae. &c. Significamus his literis nostris quorum interest universis et singulis earum notitiam habituris. Quia nos commendatam habentes à nonnullis Regni nostri Consiliarijs Famati Francisci Petri Graudensis Flandri, Ciuis nostri Cracouien, singularem quandam artem in arte aurifabrili peritiam, ac hac etiam fidem, probitatem et integritatem: adducti praterea eorundem Consiliariorum nostrorum intercessionibus pro ipso apud nos diligenter factis, illum in numerum seruitorum cooptandum et assistendum esse existimauimus: Cooptamusq; et assistimus iam ex eo tempore per praesentes has meas. Ita tamen, quod ubicunq; locorum in Regno et dominijs nostris illum manere, et domicilium suum figere contigerit, noster tamen fiat, nostriq; seruitoris nomine gaudeat, fauoreq; et patrocinio nostro Regio, perinde ac si nobis praesens adesset, quoad vixerit utatur, ac quibuscunq; aliis praerogatiuis, immunitatibus, libertatibus et iuribus, quibus ceteri seruitores nostri ubi consueuerunt libere citra ipse frueatur. Illaxime vero liberum id et licitum sibi esse volumus, et Cracouia et in aliis omnibus Ciuitatibus

in Regno nostro ac Provintiis omnibus imperio nostro
subiectis, artem ipsam dictam aurifabrilem sine impe-
dimento, et contradictione quorumuis hominum, pra-
sertim vero aurifabrorum: neque etiam obstanti-
bus societatis aurifabrorum quibusuis privilegiis
plebiscitis, consuetudinibus et legibus, exercere, so-
cios eiusdem artis tot quot voluerit vel poterit, alere,
pueros quos in eadem arte instituere et erudire, Vasa
et alias quasuis res ex auro argento, et alia quavis
materia à se factas et formatas distendere, et alia
quaevis negotia sua licita et honesta exercere, omni-
busque in rebus et prærogativis illius Civitatis vel op-
pidi in qua manendum sibi putaverit, pari cum
aliis Civibus et incolis ratione, frui et gaudere. Quod
ad omnium et singulorum quorum interest notitiam
deducentes, eisdem scire in vingimus, vt memoratum
Franciscum Petri aurifabrum pro nostro servitore
agnoscant, iisque in rebus et prærogativis quæ Servi-
torum nostrorum peculiares sunt, et quas etiam ipsi
præsentibus concessimus vti et gaudere, libere per-
mittant. Nihilque omnino in illum statuere audeat
quod diversum et alienum quoquomodo ab hoc pri-
vilegio illi à nobis gratiose dato, iudicari possit.
Pro gratia nostra aliter non facturi. In cuius
rei fidem præsentes manu nostra subscripsimus,
et sigillo nostro signari mandavimus. Datum Var-
sauiæ in Comitiis Regni nostri generalibus die
Vigesima Septima Mensis Februarii Anno Do-
mini M° D° LXX° VIJ° Regni nostri anno Secundo.

Stephanus Rex

L.S.

Villa Radimicze, Iathwiegi Kornicza &c. conferuntur ad vitam Nicolao Herborth:-

vlg. Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ &c. Significamus hiis literis nostris quorum interest vniuersis et singulis earum notitiam habituris. Quod cum certiores facti essemus mi dnyisse mi animum suum Generosam Sophiam de Tarnowiecz, Gnósi olim Marci Stadnicz relictam consortem, bona mra Regalia, villas Szt Radimicze Jathwiegi Kornicza et prata Jagielnicza, mi terra Premisliensi consistentes, Necnon Oppidum Osiek et villas Illitarz, Skalnik, Desznicza et Jawornik mi terra Cracouiensi et Districtu Biecensi positas, vnacum aduocatiis et stultetiis omnibus, mi prefatis bonis existentibus, per ipsa vigore mrarum mi ab antecessoribus nostris Serenissimis super ea bona sibi concessi et Decreto nostro approbati, hactenus pacifice et quiete possessa, Generoso Nicolao Herborth de Fulstin regifero Leopolien filio suo, ex Generoso olim Nicolao Herborth de Fulstin, Succamerario Camenecensi et Capitaneo Barensi, primarum mpharum macito, insceptio resignare, possessionegß et vsufructu eorundem mi gratiam ipsius cudere, atgue ius suum admitalicium quod ad illa bona habet totum et integrum mi cius Gnósi Nicolai Herborth filii sui personam transferre et transportare. Jd

Osiek.

vero quoniam absque consensu nostro facere sibi mi-
nime liceret: faciendum nobis esse existimauimus, vt
habentes rationem meritorum plurimorum et eximio-
rum in Dnos antecessores nros ac nos etiam, et ipsa
Rempublicam Regni nostri amplissimae et cele-
berrimae Herborthorum familiae, consensum nrm
cum ad rem faciendam memoratae Gnosae Joppiae
de Varnowicz praeberemus. Vbi quidem autoritate
nra Regia per praesentes hras mas consentimus, integra
et absolutam potestatem ipsi facimus, vt possit et va-
leat apud quoduis Judicium seu officium, tam vrbt
terrestre quam Capitaneale Castrense, vbique loco-
rum in Regno nro, cum ipsam in rei sui super bona pra-
fata nra omnia et singula, in personam ipsius filii sui
transferre et transportare, possessionem et vsufructu
eorundem bonorum omnium illi cedere, atque illa
omnia eidem resignare. Quam cessionem, resigna-
tionem et transportationem ab illa coram quo cu-
que vel dicto seu officio factam, nos per inde ratam
et gratam habituri summus, ac si coram nobis facta
esset. Volentes quoque prosperitatis et gratiae nrae in ali-
quem et argumentum in ipsum Generosum Nicolaum
Herborth de Fulstin extare, eundemque actuad-
mis nra et Reipublicae ministeria, et obsequia pro-
ptiorem et alacriorem efficere, memorata omnia
et singula bona, tibi a matre vti praemissum est
resignanda vna cum Advocatiis in ijsdem bonis exi-
stentibus; omnibus et singulis tam bonorum ipsorum
quam Advocatiarum, pertinentiis, adiacentiis,
fructibus, emolumentis, commodis, vtilitatibus,
quaecunque nunc sint, ac successu temporis sumano

labore, industria, et ingenio parari possunt, nullis
prorsus exceptis, quo nobisq3 et Seremissimis Polonie
Regibus successoribus nostris, aut quocunque alio re-
seruatis et exceptis, illi ipsi Nicolao Sterborth, da-
mus, concedimus et conferimus, ad vite ipsius extre-
mum terminum. Et ipsum quo ad vinct, tenenda, ha-
benda, possidenda, vtifruenda, administranda et
gubernanda, ac pro commodo et vbilitate sua ex
arbitrio suo dispensanda. Permittimus autem pro
nobis et Seremissimis successoribus nostris Polonie
Regibus verbo nostro regio, eundem Nicolaum
Sterborth, quam diu in humanis aget, à possessione
et vsufructu omnium et singulorum bonorum supe-
rius expressorum ac Aduocatiarum in eis existen-
tium, vel aliqua eorum parte, quouis pretexte, co-
lore, ratione et modo, non amouemus, neque eiam de
manibus et possessione sua, eadem omnia, vel aliqua
eorum partem recuperaturos et recuperaturos;
vel cuiuis licitum ad id faciendum potestatem esse
facturos. Eiam si id fisci nostri et Reipublica
quoque ipsius rationes exigere et exposcere vide-
rentur. Quinimo, tutam, securam, quietam et liberam
eorum bonorum omnium et Aduocatiarum in illis
sitarum, ac omnium eiam ad eas antiquitus perti-
nentium, possessionem et vsumfructum ipsi, quam-
diu in nobis erit prestabimus, et Seremissimi Suc-
cessores nostri prestabunt. Ac cui sane adhuc tali-
tatis sibi à nobis concessa nomine memoratus Ge-
nerosus Nicolaus Sterborth, satisfaciendo consti-
tutionibus Regni nostri publicis ea de re sanci-
tis, quartam partem summarum in illis bonis omnibus

iuste et legitime inscriptarum, et bñs originalibus cō-
fratrum nobis et fisco nro obmisit et donauit:
Diuinbitq3 et condonat iam ex eo tempore per fratres
bñs. Jta nempe, quòd illo è viuis sublato Suc-
cessoribus suis non nisi tres partes summarum in il-
lis bonis omnibus inscriptarum, à nobis vel Successo-
ribus nostris Seremissimis solui et numerari debe-
bunt, illq3 integre solutis bona hæc omnia ad nos et
Successores nostros plenissime redibunt, Exceptis ta-
men Aduocatiis in ipsis bonis totiens memoratis consi-
stentibus, quarum possessione et vsufructu Succes-
sores sui post mortem suam non priuabuntur, nisi pri-
us illis integre numeratis summis pecuniarijs omnibus
in eisdem Aduocatiis antignitus iuste inscriptis, vel
in carum defectu ex legitima et debita earum
per Commissarios taxatione prouenientibus. Fra-
tribus nihilominus nostris regalibus salvis et inte-
gris semper, tam in bonis quàm Aduocatiis præfa-
tis manentibus. In eorum autem præmissorum omni-
um et singulorum fidem, præsentes manu nra Sub-
scriptas et sigillo Regni nostri signari manda-
uimus. Datis Varsauiæ in Comitiis Regni nostri
generalibus die Vigesima septima mensis Febru-
arij Anno Domini 1578 Regni nostri Secundo.

Stephanus Rex

Consensus Stão & Nico-
lao Stadnicskim ad fa-
ciendam resignem certa-
rū summarū in persona So-
phiæ de Tarnowiecz:~

vij. Stephanus Dei gratia Rex Poloniae &c. Significa-
mus his literis nostris quorum interest vniuersis et
singulis earum notitiam habituris. Quod cum retulis-
set nobis Generosus Stanislaus Stadnicki, Castella-
nus Sandecensis, siue et Generosi Nicolai Stadnicki
de eod. nostra Cracouiensis Burgrabii nomine velle
se cum eodem Nicolao Stadnicki, summas omnes pecu-
niarias antigmibus in bonis nostris regalibus, villis scil.
Radimcze, Jatwiegi, Kormicza, in terra Premisliensi
consistentibus necnon oppido Osiek, ac villis Mc-
tarz, Skalmie, Dessmicza et Jaworna in terra Cracou-
iensi et Districtu Biecensi iacentibus, ac Aduocatis
etiam omnibus in eisdem bonis existentibus, inscriptas
et obligatas, ad scis pro vnius cuiusque parte et
interesse quacunqs in eis ratione et modo spectantes
et pertinentes, Generosa Sophia de Tarnowicz,
relicta Generosi olim Marci Stadnicki consorti, re-
signare, ac de eis condescendere. Supplicasset qs no-
bis vt id sibi et praefato Nicolao Actis nrā Cracou-
iensi Burgrabio, coram quouis iudicio siue officio, siue
terrestri siue Castrensi, in Regno nostro, facere per-
nos liceret. Existimantes id illis non esse dene-
gandum, quippe, quod et leges ipsae Regni nostri pu-
blicae, id ipsis non vetant. Autoritate itaqs pra-
sentium literarum nostrarum damus et concedimus
vtriqs illorum integram et absolutam potestatem,
eam ipsam resignationem et condescensionem su-
marum in bonis nrīs praefatis omnibus ac Aduoca-
tiis etiam iustè et legitimè inscriptarum et obliga-
tarum, atqs illos pro interesse eorum, quorum qs iu-
ris titulo spectantium et concernentium (citra
tamen augmentum earum) Gnōsae Sophiae de

carnoviec3 quandocunque illis visum fuerit facere. Quam resignationem et condescensionem nos non aliter valere volumus, ac si coram nobis facta fuisset; ratamq3 et gratam nos semper una cum successoribus nostris Serenissimis habituros, neque quavis ratione et modo eandem in dubium vocaturos polliceamur. In cuius testimonio literarum quas in fidem premissorum manu nra subscripsimus, et sigillo Regni nostri muniri iussimus Datis Varschoviae in Conventibus Regni nostri generalibus die xxvij Mensis Februarij Anno Dñi 1578 Regni nostri decimo.

Stephanus Rex

Ioanni Tastio area quadam in Ciuitate Rigen̄ donatur:

v.R. Stephanus Dei gratia Rex Poloniae &c. Significamus hisce literis nris quorum interest vniuersis et singulis earum notitiam habituris. Quod cum relatum esset nobis a nonnullis Regni nostri Consiliarijs, donatam et concessam fuisse iure perpetuo et hereditario ab illustri olim Guilhelmo Archiepiscopo Rigensi, Docto et honesto viro Joanni Tastio Ciuitatis nrae Rigensis ad praesens Secretario, nomine seruitiorum et ministeriorum suorum per complures annos eidem Archiepiscopo praestitorum, aream quandam desolatam et vacuam in Ciuitate nostra Rigensi sitam, Curiae Episcopali vicinam, cum orto quodam in fundo Collarij suburbano agri dimisso

ad hortum adaptandum accómodato; ni eadem̃q̃
area ipsum domum magno sumptu et impensis extru-
xisset, ac eandem suumq̃ absque omni alienius impe-
titione et contradictione, pacifice possidere. Quoniã
tamen multas trãs ab eo Archiepiscopo ea de re ha-
beret: metuere illum ne successu temporis sibi vel
successoribus suis eius ipsius fundi et areae per ipsũ
ab oppignoratione ac concessione aliis antea facta
redempta et recuperata causa, negotium aliquod
facessere etur, atque ipsa donatio sibi a dicto Archie-
piscopo facta in dubium vocaretur. Supplicatumq̃
nobis simul ab iisdem Consiliariis nostris esset, ut
pro autoritate mã Regia, donationem hanc à toties
memorato Archiepiscopo factam approbaremus et
confirmaremus, eidemq̃ Joanni Castio et suis suc-
cessoribus ea in re caueremus. Facile huic supplu-
cationi et precibus Consiliariorum nostrorum annu-
imus; cum ob rei ipsius aequitatem, tum etiam eiusdem
Castii in nos fidem et propensionem. Pro Regia
itaque gratia et autoritate mã regia, illam ipsam
aream et fundi superius memorati donationem, ab
Archiepiscopo Rigensi inprascripto Castio et suis
successoribus perpetuo factam, approbamus, confir-
mamus, ratamq̃ et gratam habemus. Jmo verò
pro iure nostro Regio quod nobis eam ad rem cõ-
petit, eam aream et fundum, cum extructo de su-
per suis impensis edificio in Ciuitate mã Rigensi
inter Joannem Schmid et Petrum Vibesch sit,
vnacum iure aditus eorundem, expiratis nimirum
ipsorũ beneficiorum et aliorum Saecularium vtri-
usq̃ partis, armis, omnes eas et singulas aedes. Jo-
anni Castio et suis legitimis vtriusq̃ sexus

successoribus, iure hereditario et perpetuo, damus
concedimus et donamus, donatione firma et irrevo-
cabili. Per ipsum et eius successores perpetuo, teneri
haberi, possideri, venderi, alienari, commutari, re-
signari, et in usus suos gratos pro arbitrio suo con-
verteri. Easdem etiam aedes inter bona allodia-
lia et civilia, iam ex eo tempore referimus, ac earum
referendarum potestatem Magistratui Civitatis
nostrae Rigensis facimus. In cuius rei omnium fi-
dem et testimonium, praesentes manu nostra subscri-
psimus et sigillo Regni nostri signari iussimus. Datum
Varsaviae in Comitiis Regni nostri generalibus
die xx viij Mensis Februarii Anno 1578 Regni. 2
Stephanus Rex Spt

Litterarum pro Oppidanis Lauichostien. Confirmatio:

vig. Stephanus Dei gratia Rex Poloniae &c Significamus
his literis nostris quorum interest universis et singulis ea-
rum notitiam habituris. Productas et monstratas
fuisse coram nobis literas infrascriptas membraneas,
nomine oppidanorum et incolarum oppidi Lauichosth
ex matricula sive Regestro privilegiorum Monasterii
Sancti Andreae Cracoviae sibi, Comentus Monialium,
descriptas et sigillo eiusdem Comentus munitas, inte-
gras, non vitiatas, omnique suspitione simistra cares-
tes. Humiliter autem fuit nobis, ut eas ipsas literas auto-
ritate nostra regia, pro iure nostro, quod nobis ex

legibus et antiquissima consuetudine ad Monasteria
omnia et illorum bona ad Regnum meum competit approba-
re et confirmare, et ut eorum omnium quae his ipsis lus
continentur, usu et possessione ipsos conservare et ma-
nutenere dignaremur. Earum verò literarum tenor
est iste. Zawichostk oppidum in terra Sandomi-
riensi. et juxta Wislam situm, habens intra se duas
Parochiales, ambas unratas, unam Sanctae Mariae, cu-
ius Canonicus Sandomiriens de praebenda Koniczska vni-
cus est Collator. Alteram Sanctae Trinitatis, cuius Ar-
chidiaconus Zawichostiens omnis est collator, ad proprie-
tatem Monasterii Sancti Andreae pertinens. Donatum
eidem Coenobio per Boleslaum Pudicum Ducem, in quo
sunt quadraginta quatuor lanei oppidanorum; et qui-
libet de lanco si tamen braxat Cerusiam solvit pro
coenobio mediam Marcam, si non braxat solvit tantum
modo unum fertonem, Item sunt ibi domus, et quilibet
solvit unum grossum, sed si braxat cerusiam solvit,
Item quatuordecim Carnificina Macella, et quodlibet
solvit unum lapidem saepi, pro censu, et septem pecu-
nent ad Regem: reliqua septem pertinent ad Sanc-
timoniales. Item oppidani non faciunt aliquos la-
bores neque ducturas. Item horti, Item omnes quadra-
ginta quatuor lanei oppidanorum solvunt Decimam
Manipularem sed varie, Nam post viginti laneos tan-
tum solvitur decima manipularis, non tamen Canapa-
lis, Ecclesiae Parochiali Sanctae Trinitatis in Zawi-
chost, et solus Plebanus eam conducit, Item de alijs
viginti laneis solvitur decima non tamen Canapalis,
et non ducitur, Custodiae Sancti Floriani in Cracovia,
et valoremis estimatur, à quindecim Marc: ex parte

tamen oppidani Zamichostenſ ſoluant pro ea. Cuſtodi, oluo:
decim Marcas, Item eſt ibi praedium Regale, de quibus
agris ſolnitur decima manipularis Eccleſiae parochiali
in Zamichoſth S. Mariae, quod olim fuit Adnocatiale.
Item Eccleſia Sanctae Mariae habet ſimiliter et Eccle-
ſia Sanctae Trinitatis. agros praediales liberos. Item
eſt ibi monaſterium fratrum minorum Sancti Fran:
ciſci, cuius Eccleſiae cum officinis Monaſterii per Bo:
leſlaum pnominatum Ducem, coeto latere mutata ſunt,
habet medium lanei de agro. ſed ſolnit omnia tribu:
ta de illo. Item oppidum Zamichoſth habuit olim opti:
mam adnocatiam Dominorum villa sub Parochia Eccle:
ſiae Sanctae Trinitatis de Zamichoſth ſita, et per
Boleſlaum pnominatum Ducem Monaſterio Sancti An:
dreae donata, cuius proprietas nunc pertinet ad Mo:
naſterium Sancti Andreae; nigra ſunt Cmetones, et
quilibet pro Cenſu ſolnit anno unum fertonem, vigin:
ti ona, duos gallos. Item non eſt ibi praedium, Item
Non ſunt tabernae, Item non ſunt hortulaniae, ite.
Caſtones villae praefatae non faciunt alignos labores,
ſed Podwodas unacum oppidanis Zamichoſten, ad
pernoctandum Regiarum rationem. Item Cmetones
ſolnunt decimam manipularem Eccleſiae Parochiali
Sanctae Trinitatis in Zamichoſth, et non tenentur il:
lam ducere in horreum proprijs curribus, à Ple:
bano vocandi et valor eius eſtimatur ad quinque
Marcas. Canapalem etiam non ſolnunt per quatuor
gerungas. Anno Domini Milleſimo Ducentiſimo Quin:
quageſimo ſeptimo. Ex Originali Priuilegio fun:
dationis Comentus Sancti Andreae Cracouienſis
et ſigillo eiuſdem Comentus communitum

Katharzina Wilkowska ziemi Klasztoru S. Jechdzia Crac. rekq własną, Agnieszka Radwanowna bicarza, rekq własną, Zofia Illiothowna rekq własną, Elizabeth Borkowska rekq własną. Spt. Nos itaq; supplicationi illi nobis facte, benigne animentes, præmissas literas in omnibus earum punctis, clausulis, articulis, conditionibus, capitulis et verbis, quantum in nobis publici rationes permittunt, autoritate nra Regia approbandas et confirmandas esse duximus. Approbamusq; confirmamus, ac ratas et gratas nos per omnia habere profitemur, hisce literis nostris. Decernentes et statuentes eas et omnia in illis comprehensa robur et pondus firmum et debitum perpetuis temporibus retinere; inrolatasq; ipsos oppidi Zawichost ri usu et possessione pristina eorum omnium permanere debere. Harum testimonio literarum, quas in fidem præmissorum manu nostra subscripsimus et sigillo Regni nostri muniri mandauimus. Datum Varsauiæ in Comitiis Regni nostri generalibus die Vigesima septima Mensis Februarij Anno Domini M° D° Lxx° viij° Regni nostri anno Secundo.

Stephanus Rex Spt.

Paulus Charzowski quietał Albertum Tlukomski:

Stephanus Dei gratia Rex Polonie &c. Significamus
v.p. his literis nostris quorum interest universis et

singulis earum notitiam habituris. Quod coram no-
bis et Aulis Cancellariae nostrae personaliter constitu-
tus Nobilis Paulus Borzowski, à terris, palatinati-
bus, districtibus, iure aut iurisdictionibus quibusuis
prouincii et competentibus recedendo, illisq3 per expres-
sum remittendo; huic autem iurisdictioni nrae, quo ad
negotium infrascriptum et illius effectum se cum bonis
et successoribus suis incorporando et subiiciendo,
sanis mente pariterq3 corpore existens, sponte, libe-
re publice et expressis verbis recognouit, solui-
se et numerasse sibi realiter et in effectu, plenarie
et integre Nobilem Albertum Vsłukowski, debi-
tum Centum florenorum pecuniae cursus, triginta
grossis Polonicis quemlibet florenum computando,
peremdem Albertum Vsłukowski apud se con-
tractum et inscriptione atque obligatione apud
Acta Cancellariae nrae ab ipsomet facta, asseue-
tum. De qua summa debiti, tum et de inscriptione quo-
que ipsa eundem Albertum Vsłukowski et illius
successores hac sua personali recognitione media-
ante, per praesentes hras quietat, atque liberum, im-
munem et absolutum esse pronunciat, atque inscri-
ptionem ipsam in toto et in parte cassat, non rifi-
cat et in nihilum redigit, sibiq3 et suis successori-
bus praemissorum omnium occasione silentium perpe-
tuum imponit. Quam recognitionem nos ut pote
legitime factam suscipimus, et in Acta Cancellariae
nostrae referre mandauimus. Decernimusq3 eandem
robur et pondus suum iustum et debitum semper ob-
tinere debere. Harum sociel hrarum quibus in fidem

præmissorum sigillum nostrum est appressum. Actum
et Datum Varschoviæ in Comitiis Regni generalibus
die xxx viij mensis Februarij Anno Domini 1578
Regni vero nostri Anno Secundo

Filio Magci Joannis Zamoiscii R.P.Vi.
Cancellarii, ac Belsen. Camisch
nensis Zamoschen. &c. Capitanei.

Nobilitatio Chri-
stophori Pannonij Preis
à Springenburg confir-
matur:

Ea:

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ &c. Significamus præsentibus literis nostris quorum interest vniuersis et singulis, harum notitiam habituris, Exhibitas et reproductas esse coram nobis per certos Consiliarios nostros, Trás diplomatis insignium, pargameneas, nomine Christophori Pannonij Preiß à Springenburg, seruitoris nostri, fidelis nobis dilecti, sub titulo et sigillo manus &c subscriptione Sacræ Cæsareæ Mtátis, Dñi olim Maximiliani Secundi, Dei gratia Electi Romanorum Imperatoris, semper Augusti, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, et Sclauoniæ Regis, &c emanatas, integras, saluas, omnigne suspitionis nota carentes, Supplicatumq; est nobis eiusdem prænemorati Christophori Pannonij more, vt easdem trás autoritate nrá Regia, non modo approbare, verum etiam clementer augere, ac act

inclytum Regnum nostrum Poloniæ, eiusdemq3 Ducatus
et Dominia omnia et singula extendere gratiose digna-
remur. Habentes insuper abunde eius præclaram
virtutem, doctrinam excellentem, et operam in du-
striam q3 fidelem ac diligentem Ciuitati nr̃æ Regiæ
Thorunen in prussia Colim parentis ipsius patriæ)
per amos gnatnordecim continuos, officio maioris Se-
cretarii et syndici publici egregie nauatam, no-
bis de nota meliore commendatum, Volentes in eum
nostræ liberalitatis et munificentiæ declarare, signi-
ficationem non dubiam (signidem merito virtuti
eruditioni et benemeritis sua semper tribuuntur
præmia) illi pro galea, quam in originalibus armis
suis ac in Cæsarea Confirmatione et meliorationeq3 ti-
tulicioq3 insignium suoq3 supra scutum clausam ha-
buit et vsurpauit, approbantes eiusdem ornamenta
obtenta, damus, donamus et decernimus apertam sine
cancellatam galeam, more Nobilium Equitum, qua
ipse et liberi posteriq3 eius legitimi, et qui ab his legi-
time nascentur, omnes et singuli vtriusq3 sexus
in numerum Nobilium, per nos proprio motu nostro
adscripti et adoptati, atq3 eos et posterum perpe-
tuo, in omnibus et singulis honestis et decentibus
publicis actibus, honoribus, functionibus, ac exer-
citiis, tam foris militiaq3, quam domi, vbiq3 in
locorum, vtantur atq3 fruantur, non secus ac cæteri
Nobiles et Grossi Equites qui de Equestri prosapia
à gnatuor paternis et maternis auis Nobiles pro-
creati sunt. Damusq3 illi et illis omnibus vniuersas
et singulas prærogatiuas, immunitates ac libertates, qui-
bus alii Equestris ordinis Nobiles in Regno Ducalibus

et Demiñs nostris gaudent, vtuntur ac fruuntur, cõ-
suetudine volumꝰ, vt ipse gnogꝫ et omes eius descen-
dentes posteri, tam feminini gnam masculini gene-
ris gaudeant, vtantur atgꝫ fruantur. Harum lgi-
tur literarum tenor segnitur et est talis.

MAXIMILIANVS Secundus Diuina fauente clemẽ-
tia Electus Romanorum Imperator semper Augustus,
ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ
et Sclauonię Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgun-
diæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ et Mar-
chio Moraniæ, Dux Luxemburgiæ, ac Superioris et
inferioris Silesiæ, Wirtenbergæ et Teccæ, Princeps
Sueuiæ, Comes Habspurgi, Flandriæ, Tyrolis Ferre-
tis Kyburgi et Goritiæ, Landtgranius Alsatiæ, Mar-
chio Sacri Romani Imperij Burgoniæ, ac Superioris
et inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ Sclauonicæ,
portus Naonis et Salinarum — Fideli nobis dilec-
to Christoph Boro Pannonio, gratiam nostram Cæsa-
ream et omne bonum. Cum virtuti suæ debigne hono-
merito habeatur, negꝫ ea fructuosius inter homines pro-
pagatur gnam si foueantur et promouentur ij gui vir-
tutis studium maxime propositum habent: Sane ad
nos hoc pertinere Cut gnibus ex munere nostro Impera-
torio ab Deo immortali maior est potestas id curandi
et suppeditata facultas Dominus noster, vt eius-
modi virorum Cgnos vitæ morumgꝫ probitas vel
eruditio, vel alia eiusmodi animi insignia ornamẽ-
ta præcæteris commendant) conatus laudabus, ij
præsertim de nobis et Sacro Romano Imperio bene-
merendi alacritatem suã obsequio suo contestentur,
peculiari benignitatis et liberalitatis genere prose-
guendos suscipiamus. Eo præcipue instituto pene-
te gnogus Christoph Boro Pannonio, gnem rara vita

honestate et multifaria eruditione praestantem proba:
tissimis testimoniis cognoiimus. Cuius rerum inspec pe:
ritia ex imia, vel hoc nobis argumento sit praeclaro:
Quod Illri mo et Sacri Romani Imperii Principi Elec:
tori Jo archimio Secundo Marggravio et Electori Bran:
denburgen operam hac et studium cum multis aliis gra:
vibus in rebus, tum in illa laudatissima vniversali totius
Sacri Romani Imperij Expeditione contra Turcas
nomissime suscepta; Latini Secretarii munus agens, gra:
viter, fideliter et vi defesse octodecim pene annos ipsi:
us Illris Electoris attestatione impendisse compro:
beris: Eiusmodi aliquod benignitatis et munificentiae hoc
nostrae monimentum extare clementer volumus.
Cuius fructus et ipse et posteri sui honoratiores per:
petuo sentiant. Motu igitur animi spontaneo scien:
ter et deliberate ex Imperatorii nostri officij am:
plitudine, tibi eidem Christophore, liberis poste:
risq; tuis legitimis, et qui ab his legitime quoq; nasci:
tur, omnibus et singulis utriusq; sexus, Insignia gen:
tilitia tua antiqua, quae erant Scutum Caeruleum,
in cuius una parte montibus viridis iii tres colli:
culos emergens, ex quorum medio prosilit Leonis
flavi aureis coloribus, pars anterior pedes priores
in altum proiectos, adeoq; ad saltum arcuatos
habens, victuriani et unguia sanguinea late exer:
ta, collum sagitta pinnaea traiectus. Cui q; scuto
galea imposita erat clausa, demissis utrinq; in tor:
tis flavi sive aurei et Caerulei coloris lacinis. Ga:
leae vero Corona aurea, è cuius cono Leo eiusdem co:
loris situs et habitus eminebat: ~~et~~ hoc insuper orna:
mento adaucta et locupletata post hac usurpanda
perpetuo concedimus, videlicet Scutum, cuius inferiore

partem mediam occupet murus turritus, cum pinnis
supereminentibus, è quibus prosilcat leo medius in superio-
rem scuti partem caeruleam exurgens, ad cuius me-
dium, vt in antiquis supra commemoratum est, Ga-
lea vero et quae sint imposita simt imitata à priori-
bus maneant; prout haec omnia praesentis diplomatis
in medio pictoris arte et ingenio elaboratius expressa
simt. Imo augemus, locupletamus, et illustramus, pre-
sentium per tenorem. Volentes et certa autoritate
nra Caesarea expresse statuentes, quod hi praefate
Christophore, eiusq; liberi et descendentes memorati,
praescripta armorum insignia sic à nobis aucta, et
illustrata deinceps in perpetuum in omnibus et singu-
lis honestis et decentibus actibus honoribus, et expe-
ditionibus similium armigerorum more, tam in fe-
cus quam iudicii, in hastiludiis, bellis, duellis, singu-
lari certamine, et quibuscunq; pugnis, cominus
eminus scutis, banneriis, vexillis, tentoriis, sepulchris,
sigillis, signetis, nominibus, annulis, aedificiis, clenodiis
impellectibilibus, tam in rebus spiritualibus quam tem-
poralibus, et mixtis in locis omnibus et singulis, iuxta
vrām exigentiam, voluntatem, et desyderium defer-
re et gestare, ac omnibus et quibuscunq; gratiis, hono-
ribus, priuilegiis, immunitatibus, prerogatiuis, iuribus,
et consuetudinibus, in iudicio vel extra, in sententiis
ac omnibus et singulis actibus iurisdictionis vbi frui
atq; gaudere possitis et valeatis, atq; sitis et
idonei ad recipiendas omnes prerogati-
uas, libertates, exemptiones, fauores, priuilegia,
vacationes à muneribus et oneribus quibuscunque
realibus personalibus siue mixtis, et ad vtendum
fruendum q; iuribus quoq; et consuetudinibus
quibus ceteri à nobis et sacro Romano Imperio immisce
no di

modi ornamentis decorati, vtuntur et fruuntur, con-
suetudine vel de iure. Mandantes idcirco et precipi-
entes omnibus et singulis Principibus, Electoribus Eccle-
siasticis et Secularibus, Archiepiscopis Episcopis, Pre-
latis Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus,
Militibus, Nobilibus, Clientibus, Capitis, locum tenen-
tibus, Prefectis, procuratoribus, officiatibus, Magi-
stratibus, Judicibus, Consulibus, Heroaldis armo-
rum Regibus, Caduceatoribus, Ciuibus, Communitatibus,
et alijs omnibus et singulis nostris, et sacri Ro
mani imperii fidelibus dilectis, Regnorum Hungarie
et Bohemie Regnorumq, aliarumq, Prouinciarum
marum hereditariarum, subditis et incolis fide-
libus nostris dilectis, cuiuscumq, status, gradus, ordi-
nis, conditionis, dignitatis aut preeminentie existat,
seu quacumq, preefulgeant dignitate, vt te dicti
Christophorum tuosq, legitimos heredes, vt prefer-
tur, praeterquam armorum insignibus scilicet auribus et illa-
stralibus, ac eorum prerogatiuis honoribus, commodita-
tibus, quibus alii armigeri seu armorum prerogati-
ua insignibus potiuntur, fruuntur et gaudent, uigitur
et in perpetuum, vbi, frui, et gaudere permittant, ac
ab aliis permitti curent, In quantum indignationem
nram grauissimam et penam quilibet quicunq, Mor-
carum aurei puri euitare voluerint, Quarum medie-
tatem Imperiali fisco siue erario nro, Reliqua
vero partem iniuriam passorum usibus irremissibi-
liter soluenda decernimus applicanda. In hor
testimonio brarum, quas sigilli nostri appensione
communiuimus. Date in Ciuitate nra Vienna Au-
strie, decima tertia die Mensis Decembris, Anno
a Christo nato Millesimo, quingentesimo sexagesimo quarto.

Regnorum nostrorum Romani et Hungarie Secundo. Bohemie vero decimo sexto. Maximilianus &c. Vice et nomine Illustrium Domini Domini Archi Camellarij Boginensium Juzas: Palatinatus Bachiq;. Nos itaque Stephanus Rex supranominatus, has tras presentes in omnibus et singulis earum punctis, clausulis, articulis et signaturis, contentis, non modo approbamus, verumetiam supradicto modo, Galea super Scuto aperta exornamus, et jure Nobilitatis egregii multo amplificiamus, ac ad Regnum nostrum Poloniae primerium omniaq; eiusdem dominia caeteraq; Provincias nras extendimus, vigore presentium. Quas quidem omniaq; in eis comprahensa et discripta, prout supra, decernimus et volumus ex Regii nostri officii amplitudine, vim et robur debitae ac perpetuae firmitatis per totum Regnum nrum Poloniae, et cuncta eius dem Dominia, vbique habere debere. Jnjungentes igr et sorte Mandantes omnibus et singulis. Principibus Ecclesiasticis et Secularibus, Archiepiscopis, Episcopis, Praelatis, Ducibus, Comitibus, Palatinis, Castellanis, Baronibus, Militibus, Nobilibus, Capitaneis, locumtenentibus, Praefectis, officialibus, Magistratibus, Burgrabiis, Proconsulibus, Consulibus, Judicibus, Civibus, communitatibus, et clerigue omnibus et singulis nostris et Regni nostri Poloniae fidelibus dilectis, Nec non omnium Ducatuum ac Dominiorum Regno nostro vnitorum et incorporatorum, aliarumq; Provinciarum subditis et incolis, fidelibus nostris dilectis, cuiuscumq; status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis aut praeeminentiae fuerint: vt supranominatum Christophorum Panormium Prijs à Sprengenburgo, eiusq; legitimos

hæredes, sic ut præfertur, proueris et legitimis ęgri:
bus ac Nobilibus agnoscant et habeant, atq;
præinsertis armorum insignibus sic auctis et illustra:
tis, ac eorum prærogatiuis, honoribus, comoditatibus,
quibus alii enthigni Nobiles ac Equites generosi per
totum Regnum nostrum cuiusq; dominia potiuntur
et gaudent. Similiter in perpetuum uti, frui et gau:
dere permittant, et ab aliis permitti faciant, sub
gratissimæ indignationis nræ, et multa in præinser:
to diplomate Cæsareo expressa, eodem modo luen:
da, secus ne gnagnam factrici. In cuius rei testimo:
nium hisce præsentibus literis manu nra subscripsimus,
et sigillum nostrum appendi iussimus. Datæ Var:
soviæ in Comitiis Regni generali die Vltima Mē:
sis Februarij, quæ fuit feria sexta post festum Sā:
cti Matthiæ Apostoli, Anno Domini Millesimo, quin:
gentesimo Septuagesimo Octauo. Regni vero nri
anno Sexto. Præsentibus, Regni nostri Senato:
ribus, Consiliariis nostris, ac Terrarum Nunciis,
aliisq; Secretariis, Dignitariis, officialibus, et
Auliis nostris, fide dignis testibus quàplurimis.

Stephanus Rex subt.

Erectio villæ Ha
rÿnow in Capitane
atu Halicien

v. J.

Wyimie Boże Amen. Na wieczną pamiątkę tego
wszytkiego. Ja Stephan z łaski Bożej Król Pol:
ski, wielki xiąndz Litewski, ij ktemu Ziem Crakow:
skiej, Sandomirskiej, Siradzkiej, Lanczyckiej, Cuiaw:
skiej, Ruskich, Pruskich, Mazowieckiej, Zmodzkiej,
Belzkiej, Elbiąskiej, Pomorskiej, Inflantzkiej i
Kyiowskiej, Wołyńskiej &c. Kthemu theż Siedmigrodz
kiej. Oznaymuiemy wszem wobec z y kazdemu zosso
bna komu to wiedzieć należy, albo należeć będzie
niniejszem listem naszem, Iż Wielmożny Hieronym Sie:
niawski z Siemianij, Woiewoda Ziem Ruskich, ij Sta:
rosta nasz Halicki ij Colomyjski, dał nam sprawę,
że w Starostwie Halickiem w gruncie naszem Kro:
lewskiem iest miasto że niewykopanij ab Lassow lecz osta:
dzemi wsi borzo przyiść moiem, przy Rzece Bij:
strzyc Zarzecznej leżące, czego by było sprzymoże:
niem niemałem dochodow, do Zamku naszego Halicz:
kiego. Aby tedy za taką sprawą iego chęć
pożytki y dochody Starostwa onego rozmnożyć.
Pozwoliliśmy, iakosz pozwalamy ij mocą dawamy
themsz Wielmożnem Hieronimowi Siemianskiemu
Woiewodzie, Aby na tym tam mieście, ktora Ha:
rynow zwana bydź ma, Założyć ij osadzić, ij wszyt:
kim porządkiem do wsi należącem opatrzić,
A iżby ta to wieś tym prędzej ij lacznieiszą osadzo:
na bydź mogła, Daiemy wszytkiem obywatelom iey
od wszelakich podatkow, danin, czynszow, roboth
ij obowiązkow do Zamku Halickiego powinnych,
do wyścia lath pietnaście, a gdy się wy kona:
ią a wyniosą, tedy obywatele oney wsi osiadli,
nam ij Starostwie naszemu Halickiem albo do

Z amku, ze wssytkie dochody, daniny, czynsze benda pla-
cżiż, y tesz wobotij y oborniaski wssehiakie benda
powinni nesz y podeimowacz, ktorekolwiek tkess pod-
dani inssych wssi naszych wtymże starostwie Halicz-
kiem powinni sa niesz y podeimowacz A ysz tkess do
taliowego zalożenia y osadzenia wssi, dzielnosz
biegłosz y wiare, Jakie zil nam tkengże wielmożny
Hieronim Siemanowski woiewoda, z siema Kobla-
skiego, ktorem to wssytko zlecżiż ma. Ze zaz my
iego nakłady y pracza nagrodzicż: daiemy iemu
y iego potomkom wtcż ze wssi wołthostwo, y nazna-
czamy iemu na to wołtostwo ze wszelaka dosta-
tecżna mocz, kosarz wij korzeniarz y osadzać
trzy lamy rolcż polia, a czwarty poporu Grec-
kiego kosczyła, thakże y Młyna ieśli by tam
gdzie, w tym to gruncie y granicżeniu iego bycż
mogł, y karczmy. Ktorzy to tedy ludzie wssi
wyższej mianowani, maią y benda powinni stycż
to wsz takowem sposobem iem wymierzonych, kaz-
dego roku do Zamku naszego Halicżkiego czyn-
szu z kazdego lanu albo łanow po kopie iednej, grosz-
sow, monety y cżtzby Polskiej dacz y zaplacicż.
A ktorzyby tkzodę owiecz mieli, dwudzieszego bara-
na, ser ieden owczy, y poprag walaski benda po-
winni dawacz. Nad to swoi dzieśiatego wieprza,
A ktheż kazdy stych poddanych bendzie powinien
dwor dzierzawa wedle wskazania Starosczego, na
pożytek Zamku Halicżkiego na kazdy rok wywieść.
A ieśli by theż zprzeczyczonych poddanych, dosta-
ki albo gonthy czynili y robili, tedy tesz onyna po-
żytek Zamku Dzierżawy Starostwa naszego Ha-
licżkiego wedle zwyczaiu inssych wssi, one benda.

powinni robić z dźiećmi swymi. Benda też nadto
powinni dwa wozy drew nadmi Narodzenia Pańskiego
wywieść, także też y na Święta wielkonocne ben-
dy powinni dać po dwa kapłuny á gęś iednę każ-
dy z nich, y po dwanaście iaiec z kokoszych. A kto-
rzy by mieli pasieki, benda powinni każdy z nich
dać do Zamku dziesiąty pień albo vl pszczołmio-
du, Także też y woskowizny na pożytek
Zamku na każdy rok dwa dni benda powinni, y to
czo za te dwa dni pokaźa, porządnie zgromadzić
y postawić, albo w stertę gdzie im roskazą źwieść.
Benda też powinni z bożą folwarkowe Fla-
liczkie dwa dni na każdy rok, z którego Czynsz
y dani pożytkowe, dawaniy przez rzeczonemu Woito-
wi na ostemu trzeci grosz, barana trzeciego, wie-
przą trzeciego, sera trzeci, potrawy trzeci, y także
też y wini grosz trzeci. Podobnie też wprze-
rzeczonej wsi benda czy osiadli, temu Woitowi
y iego potomkom benda powinni trzy dni na każ-
dy rok robić. Naprzod pierwszego dnia orać,
wtorego zaś, á trzeciego sianożęci kosić na
folwarku przerzeczonym Woita nasego. Z bożą
nadto wolnością ktoryby był przez Woitą zbu-
dowany, po dacie tejże wsi á nie innych benda
powinni mieć. Pop też Cerkwie albo Mana-
stera obrzędu Greckiego tej wsi który ben-
dzie od tego Woita postanowiony, benedzie powi-
nien dać do Zamku stalowego na każdy rok
złotych dwa pieniędzy, które tedy Woitostwo,
przerzeczony Procop ze swymi tymi iako opisano
iest do sobie, będzie miał, trzymał. y spokoi-
ony wszelakiego przeciągania, obyczaiem

inſzych woitow w Staroſtwie Haliczkiem benda=
czyich dzierzal y vżywal, y iego potomkowie dzier=
ierz y vżywacz benda, A on y potomkowie iego
dla tego nam y Zamkowi Haliczkiemu to obo=
wiazki bendzie powinien czynicz y wy pełniacz
Jako tesz inſzy woitowie w tem Staroſtwie czy=
nią y wy pełniaią, A tak gesz tesz podobam tez
woſſe obyczaiem inſzych woſzi owſzuſzkim kara=
niu y czynieniu Sprawiedliwoſci w czinkowaniu
y inſzych, mocz Staroſti mieſcza, benda miecz
na kazdy rok dwa kroty ſie ſchodzicz wespol,
a skarg y krzywd ludzkich przeſłuchacz, y one
duſzmi wedle Boga y Sprawiedliwoſci wyzna=
wacz. y do ſkutku przywodzicz. ktorzy kolwy
poddani, y kazdy zmiesza kazdem razem ſcho=
dzenia takiego ſwego, po trzy groſze nam benda
powinni złożycz y dacz. A iezeby ſie tam wieczei
ludzi poddanych do namienionej woſzi tem prze=
dzej ſchodziło, y tamze domy, Dalnych y mieſzka=
nia ſwoie mogli oſſadzacz, Daliſmy y darowa=
liſmy, ialoſz darzamy y darzylmy woſzyſtkiem kto=
rzyby ſie w przerzeczonej woſzi oſſadzac powzeli,
y tam by mieſzkali, tak poddanem ludziom, ia=
ko y zagrodnikom wolnoſcz albo libertacyą od
tego czasu od dnia dzyſieyſzego do pięczinaſtie
liatk wyſzedſzia po ſobie, Rok w rok idacz dyczk y
naſtawaiacz dyczk, od wſzytkich czynſzow, danin,
robot y od inſzych woſzeliakich platow albo
oborowiaſkow, oborom wy bierania bonarow, wie=
przow, geſſi, kapłunow, iaiecz, ſerow y poſtragow,
ktore wtych czaſiech nam do Zamku Staroſtwa
naſzego Haliczkiego powinni benda dawacz?

na tagdij rok. Na Czego liepſza wiarę ij twia
dcztwo, mimieiſzij liſtu relacaſtmij własna podpi
ſalem pieczęcj naſzeprzij wieſnieiſzmij kazali.
Dan w Warſzawie na Sejmie Walnem, oſta:
tniego dnia Wieſiarſka Lubſzego, Roku Boſzego
tł° D° Lxx° vij°. Panowania naſzego roku wto rego

Stephanus Rex

Hoc loco
iam incipi-
untur Priuile-
gia, donationes
& quæuis lrã, quæ
post delatũ mu-
nus Supmi Cancel-
larij Regni, lttri &
Mag^co Dño, Dño Ioãni
Zamoyski de Zamo-
scie, à R. Mte, ad Rh
tom & promotom
pfati lttris & Mag^ci Dñi Re-
gni Cancellarij Sigillo ma-
iori Regni signata, dabãtur
:tuR: —

Ioanni Zamoy-
ski Cancellaria-
tus Regni cõfer-
-: tur :-

v.p. Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ &c Significamus &
Quod cum ante biennium fere, in primo ipso ad hoc
Regnum aduentu nostro, tanta esset vis opinionis nõ
conceptæ de singulari iam tum prudentia, eloquen-
tia, integritate, rerum vsu, fide etiam atq; studio tum
erga nos, tum erga Rempublicam Regni nostri, quæ
in Magnifico Ioanne Sario Zamoiski, Belsen' et Kry-
styn' atq; Zamechen' Capitaneo, insigni actam
ratione eluebant, vt cum ex vniuersa Regni huius
Nobilitate deligere nobis liceret, cum qui
potissimũ omnes præcelleret Procancellarius nostri
munere, quod tum vacabat, fungeretur, non alium
tamen, quam ipsum inter omnes eligeremus, cui hunc
ipsum in Republica honorem deferendum esse exi-
stimaremus: multo profecto maiore hoc iam tempore
experta vim virtutis ipsius esse oportere. Peri-
grum enim hoc biennium, quo Procancellariatum ad-
ministrauit, magna nobis admodum documenta de-
dit, cum earum quas supra diximus, virtutum, tum
etiam aliarum multarum, quæ in priuatis nostris
atque publicis rebus, in domesticis atque at-
que in exteris; in magnis atque parvis, tam in foro quã
in Senatu, tam in bello quam in pace, per omnem rei
et temporum occasionem, in omni etiam varietate ca-
sum nostrorum ac Reipub: emiserunt. Horum
igitur non iam opinatarum sed plane cognitarum

ac perspectarum virtutum ipsius vi atq; admiratione
adducti, faciendum nobis esse duximus: non modo libē:
ter, verum etiam necessario, nec modo cā necessitate, quā
est in hoc Regno ex lege et more, vice cancellarium in
eorum Cancellarii officiendi, sed multo etiam magis
certo Consilio ac voluntate ipsa mra, vt cum, cuncto
per nos ad Episcopatum Plocensem Rndo in Xto
patre domino Petro Dunin Wolski Regni nostri Cā:
cellario, munus Cancellarii in Regno vacuum esset
factum: id munus sine omni cunctatione in ipsum Mā:
gnificum Joannem Sarium Jamoiski supradictum cō:
ferremus, quemadmodum sane praesentibus literis
nostris conferimus ad extrema vitae ipsius tempora,
cum omnibus eius loci prefixis praerogativis, honori:
bus, emolumentis, quae sunt quae in unquam fuerunt
beneficiis Serenissimorum antecessorum nostrorum
huic loco atq; muneri attributa. Quod cum ita sit:
Omnibus in universum quorum interest Mandamus, vt
praefatum Magnificum Joannem Sarin Jamoiski, ve:
rum, atq; legitimum Regni Poloniae Cancellarium agno:
scant, eiq; locum, censum, reditum, praerogativas de:
nique omnem eius muneris, diligenter conseruent, et cō:
seruari faciant. Quae cum omnia nos ipsi, quantum
in nobis est, conseruatores nos esse polliceamur, et li:
benter admodum et diligenter. In cuius rei fidem
praesentes manu nostra subscripsimus, et sigillo
Regni nostri muniri iussimus. Datae Varsouiae
in Comitiis Regni nostri generalibus die Primae Mē:
sis Martij, Anno Domini Millesimo, Quingentesimo
Septuagesimo Octauo. Regni nostri anno Secundo.

Stephanus Rex

Decretum inter Ciues Leopolien eorundeq; Magistratum & nucios Palatinatg Russiæ ad Comuentū Varschouien à Nobilitate missos: —

v.g. Stephanus Dei gratia Rex Polonie &c Significiamus hiis literis nostris gnorum interest omnes siis Quod dum in hoc Regni Comentu generali Varschouiensi coram nobis, et ni presentia omniū Statuum atque ordinū Regni nostri, Generosi, Nicolaus Sierbork de Dziedzitzow Vexillifer Leopolien, Alexius Krasicki, Tribunus Premisliensis, Joannes Swieski Tribunus, Procopius Rasko Judex terrestris Halicien, et Stanislaus Follenski Surrogatus Capitaneatus Belzen, vna cum ceteris Nunciis terrestribus Palatinatus Russiæ, iuxta instructionem totius Nobilitatis eiusdē Palatinatus, ex particulari Visnen Comentione, ad eundem Regni Comentum per eos habitā, nomineq; aliorum Nunciorum terrarum et palatinatuū omnium Regni, contra famatos Proconsulem et Consules, totamq; communitatem Ciuitatis nrae Leopolien gnesti essent ac proposuissent publice: Quia ipsi contrauenisendo Judiciis vltimae instantiae et Constitutionibus annis interregni superioribus vigore confœderationis laudatis, et ni nrā felicissima augnratione approbatis, hæc eadem Judicia ordinaria Cgnibus specialiter ni Palatinatus Russiæ, causa Juris gnoq; et personarum Ciuilium subiecta fuerant Insciitm gnibus freti Priuilegiis detrectant, et ad instantiam gnarumuis personarum in illis Judiciis parere et respondere, atq; Decreta et perlustris

contra eos et super bona eorum obtentis satisfacere re-
cusant, petentes instanter Decreta eiusmodi per lucra et
processus omnes anteactorum eorundem Judicior um,
nostra et eisdem Comentus Regni publica sententia
in suo robore conservari, eosdemq3 Cives ad omnia
in dicta subsistenda, ac deinceps ad futura eiusmo-
di Judicia compelli. Et adversò vero Nuncij
et Plenipotentes Civitatis Stopolen de premissis
obiectis ibidem requisiti ad ea respondorent, Civi-
tatem eandem Juribus et Privilegiis antiquis in Jure
Civili Magdeburgen esse fundatam: ipsosq3 Ci-
ves bona omnia eidem Juri Civili habere incorpora-
ta, et ab aliis quibusvis Judicijs esse exemptos, hi
in suo antiquo ordinario et competenti Judicio q3
ac in eis modo, foro et processu hucusq3 observari
solito, in ultimaq3 sua instantia (quam proprie apud
Regnum nrum Tribunal Civitates nostras ha-
bere, statuta ipsa Regni disponunt) persistere; ob
solam autem auctoritatem et iurisdictionem nram
Regiam à qua se subducere fas integrumq3 illis nò-
scit, simulatq3 ob Divi olim Vladislai Jagelonis
Regis Privilegium, quò ea Civitas non uni Palatina-
tui, sed totius Regni Coronæ unita, annexa et incor-
porata est, talibus Judicijs in illo Palatinatu con-
stitutis, eos nunquam assensisse, nec ea approbauisse,
aut approbare potuisse, imò in contrarium semper
esse protestatos. Itaq3 Juribus, rationibus, et pro-
testationibus eiusmodi uti vellent, se et Civitatem illam
iuxta iura et Judicia antiqua conservari: ab eius-
modi vero Judicijs Ordinarijs et ab eorum proces-
sibus, decretis et privilegijs quibuscunq3 contra eos per
quascunq3 personas obtentis, liberos pronunciari,

tum et causarum suarum in gribus ibidem nonnulli
grasi in contumaciam euasiones obtimerunt, in inte-
grum restitutionem fieri exoptebant. Terrestres
porro Nunnij eo acrius instarent, quod Ciues ydem
Leopolien, non solum causas respectu personarum et
bonorum iuri suo Ciuili Magdeburgen subiectorum,
quae quondam modo iudicio terrestri non videntur
subiacere, sabebant intentatas, et ad quarum ultio
decisionem ex Judiciorum generalium Constitutione sub
Interregno facta, subiacebant, sed etiam praecise
de sua possessione villarum terrestrium, quae Ju-
rga et dicuntur, de immunitate Judi et Tri-
bus Jurisdition Ciuili non subiectis per Nobilitate
comentos fuisse: propterea dicebant illos in ci terri
subiacere, et in eo respondere debere, ad illa ultio Ju-
dicia et ad bellica de villis praefatis obeundate-
nitia Juxta communi legibus Regni teneri. Cui-
bus e contra sic refutantibus; quod licet quidem illi
prosmis Jurib us villas praefatas possideant, eas ta-
men iuri Ciuili Magdeburgen habere incorporatas,
iuxta Priuilegium Ser. olim Sigismundi Augusti
Regis antecessoris nostri, de Data in Comitiis Re-
gni Petricomen, Anno Domini Millesimo quingen-
tesimo Sexagesimo Cracouiae celebrati; quo Priui-
legio producto, deducebant nouam eam dictarum
Villarum incorporationem, post priorem antiquam
in Ciuitatem remissionem et sub exemptione Legum Regni
cassatam, Decreto Comentionali Varschomen esse
Ciuitati illi adiudicatam, Cuius etiam usum se
habuisse hactenus continuum allegabant.
NOS tandem Cum Consiliariis nostris, et in fre-
quenti Senatu cum omnibus Statibus et Ordinibus
Regni nostri visa et attenta praefatorum Nuncio rum

vero omnibus et singulis laboribus, angariis et preangariis Curie nostre, absolvimus et liberum facimus, quorumcunq; nomine vocentur. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum. Datum et Actum in Kaschij in Octava Epiphanie, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Septimo. Presentibus ibi testibus, Nobilibus et discretis viris, domino Fallibog, hærede de Bonowiege, domino Semcone dicto Bobrowsky de Kaschij, domino Joanne Rectore Ecclesie de ibidem, domino Petro Advocato Piasseczen, et Domino Wlodkone hærede de Zyzdowiege, et quampluribus fide dignis. Nos itaque Stephanus Rex prenominatus, supplicationi prefata benigne annuentes, presentes privilegium predictum, tenores, clausulas, articulos et conditiones, approbandas, ratificandas, innouandas, corroborandas et confirmandas esse duximus; Si et quemadmodum usus et possessione earundem literarum prefatus Ogiekiel fuit hactenus, Cuius quidem privilegij seu libertatis vobis debitæ volumus firmitatis obtinere debere. Harum quas manu nostra subscripsimus, et sigillum nostrum appendi iussimus testimonio literarum. Datæ Varschoviæ in Comitiis Regni nostri generalibus die Nona Mensis Martij Anno Domini M. D. LXX. viij. Regni nostri Secundo.

Castrum & Oppidum Szarawka donatur perpetuo Iacobo Pretfics:

v.k.

Nos Ioannes Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Nec non terrarum, Cracoviæ, Sandomiriæ, Syradiæ, Lanciciæ, Cuiaviæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Culmensis et Obrigerusi, Pomeraniæ, &c. Princeps Transylvaniæ. Significamus tenore præsentium quorum interest vniuersis et singulis, præsentibus et futuris harum notitiam habituris. Quod etsi per Executionem Statuti Alexandri Regis, donationes perpetuitatum vniuersæ, bonorum nostrorum Regalium, vigore Constitutionum Regni Poloniæ in Anno domini Millesimo quingentesimo sexagesimo secundo pro Securitatem, conciderint et corruerint, Cui etiam publicæ Constitutioni perpetua donatio Castri et oppidi nostri Szarawka, per Dimum olim Serenissimum Sigismundum Augustum Regem, antecessorem nostrum desideratissimum, in personam Generosi olim Bernardi Protasij a Capitanei Trembowlien emisgs succesores facta, subsit subiaceatgs, quo nomine Comitiali Decreto, ea ipsa bona Castrum et oppidum cum villis pertinentiisgs omnibus, iam hæreditaria esse deberent, ni dispositionegs antecessorum nostrorum Regum Poloniæ per collationem eorundem bonorum, certis personis iure adhuc ali, exciterunt, Nouissime vero ni posteriorem Generosi Jacobi Protasij a Capitanei Trembowlien, vigore iuris adhuc ali, eidem à nobis concessi deuenerunt, ab eogs hoc tempore pacifice possidentur

Tamen cum in presenti Comentione generali Regni, or-
dines Regni omnes, tam Senatus quam Nuntij terrestres
hic varschoniæ congregati, vnanimi consensu, memoria
repetentes insignia, omnigs tempore memorabilia, Gene-
rosi olim Bernardi Pretzffitz Trembowlien Capitanei.
in antecessores nostros et Rempublicam in re militari, qua
semper floruit, in cags tolius vitæ suæ curriculum exegit
merita; tum etiam ipsius filij Generosi Jacobi Pretzffitz
moderni Capitanei Trembowlien, egregias animi dotes,
rei militaris peritiam, sedulam et accuratam operam,
quas antecessoribus nostris nobisgs ipsis, in confinijs
Regni fregnentibus incursionibus Tartarorum expo-
sitis, navavit, et procedente tempore navatus est,
animo cogitationegs revoluentes, et habentes rationē
sumptuum et impensarum, quas utergs non mediocres
in ædificationem arcis nræ Trembowlien de proprio
fecit, enixis precibus postulationibusgs egerunt nobi-
scum, vt ex speciali gratia nra, tot et tantorum vtri-
usgs, tam patris quam filij pro Republica præstito-
rum, in familia ipsorum illustre aliquod perpetuumgs
gratiæ liberalitatisgs nostræ extet monimentum, ipsi
prænominatum Castrum et oppidum Zgarawka in Pa-
latinatu Podoliæ, districtu Camenecen consistens, quod
nunc iure Adnitalitio possidet, in ius Jarechtarium per-
petuum concederemus: Nos itagne Generosorum
Pretzffiege, tam patris defuncti quam extantis
filij, hmiscemodi egregias bellicas virtutes per se
esse, remunerationegs dignas, intelligentes, Nec-
dum tot et tam amplis gratijsgs vniuer-
sorum Regni nostri hic in Comentione moderna quali-
existen, Ordinum et Statuum, tum et Nuntiorum ter-
restrium, pro prefato Generoso Jacobo Pretzffitz,
et Trembowlien Capitaneo, factis ad nos intercessi-
onibus et testimonijs, facile eidem sententiæ cum

ijsdem

ordinibus assensi sumus, vt ipsi eiusmodi arcem et oppidum
cum villis in ius hereditarium concederemus, quemadmo
dum quidem vigore Constitutionis presentis Comentus
dedimus et contulimus, litterisq; presentibus damus
et conferimus iam ex nunc, titulo perpetuo et irrevo-
cabilis donationis, in jus verum hereditarium et perpe-
tuum, quod totum in prenominatum Generosum Jaco-
bum Pretffitz Capitaneum Trembowlien ciusq;
successores legitimos transferimus et transfundi-
mus, per eundem et eius legitimam posteritatem pre-
nominatu Castrum et oppidum Zgaranka, cum villis
adiacentibus antiquitus pertinen, aliisq; omnibus pertinen-
tiis et attinen, hac eadem bona concernen, quibuscunq;
vocentur nominibus, ita vt generalitas specialitati
et specialitas generalitati in nullo deroget, et
ea longitudine, latitudine, et circumferencia, qua-
et modo in seipsis consistunt et sunt limitata et
distincta, et ab ipso Grosso Jacobo Protzffitz nunc
possessa et possidenda, cumq; omni vero iure perpe-
tuoq; dominio et proprietate, nihil pro nobis et suc-
cessoribus nostris ac Republica ibidem reservan,
per eundem et successores eius legitimos, tenen, ha-
ben, vtifruen, quieteq; et pacifice possiden perpetuis
temporibus et in evum, ac etiam donan, venden, com-
mutan, alienan in suosq; et suorum successorum vsus, iux-
ta eorum beneplacitum convertend, prout illis melius
et vtilius videbitur expedire, perpetue et in evum,
Et iam ex nunc damus concedimusq; ipsi realem intro-
missionem actualemq; possessionem, vigore presentis
donationis nre, per Cubicularium nostrum vel Ministeria
lem terrestrem, quemcunq; sibi pracibus Generosus
Jacobus Pretzffitz eligendum duxerit, tradend et as-
signand. In quorum omnium certiorem fidem euidentq;
testimonium, presentes manu nostra subscripsimus

sigillo q̃ß nostro communiri iussimus. Datũ Varsouiæ
in Comentione Regni generali die nona Mensis Mar=
cij Anno Domini Millesimo quingentesimo septuage=simo
octauo. Regni nostri anno Secundo. Præsentibus
Rẽmo et Rẽndis in Christo patribus, et Dominis, Io=
anne Sbiemienski de Gologorij Archiepiscopo Leopoli=
ensi, Petro Myszkowski de Strzow Cracovien, Stani=
slao Karnkowski Wladislavien, Petro Dunin Wolski Plo=
cen, Victorino Wierzbitzki Luccorien, Alberto Stano=
zrcowsky Pramisslien, Alexandro Gedroits Samogitiæ,
Adamo Pilchowski Chelmen, Episcopis, Necnon Illa=
gnificis Venerabilibus et Gnosis, Petro Zborowsky
Cracovien et Gnali Cracovien, Stolnicien Kamiona=
cen q̃ß, Stanislao Comite de Gorka Posnanien, et Bu=
dzen Kolmen q̃ß, Nicolao Radzivil Ducem Olbrigi et
Bierze, Vilnen, Cancellario, Exercitum q̃ß nostrorum
Magni Ducatus Lithuaniæ supremo Præfecto, Ca=
sparo Zebrzydowsky de Wiencborek Calissien,
Eustachio Wolowicz Castellano Trocen, Vicecancel=
lario Magni Ducatus Lithuaniæ, et Brestien Kobri=
nen q̃ß, Joanne Strahorski Lanciticn, Basilio Const=
tinowicz Duce Ostrosiæ, Palatino Kyoniæ, Terrarũ
Volhiniæ Marschalco et Wlodimirien, Hierony=
mo Sbiemianowsky Russiæ, et Italicn, Nicolao de
Thieliczicz terrarum Podoliæ, et Grodecn, Vissli=
cien, Nouaq̃ß Ciuitatis Corczyn, Joanne Carlo de
Szczekarzowicze, Lublinen, et Pilznensi, Andrea
Comite in Tzenczyn Belzen, et Oswiecimen, Za=
torien, Strubiessowien q̃ß, Petro Potulicziusky Plo=
cen, Nicolao Kiszka de Cziechanowicz, Podlachiæ,
et Bielscen, Anzelmo Gostomsky Rauensi, Jo=
anne à Dzialyn Culmen, et Brahanen, Duce

Jamssio Zbaraski, Bracławien, et Orgemeren,
Palatinis, Stanislao Schafraniec de Pilzkowa Skala
Sandomirien, et Lelowien. Joanne Comiteni a Szen Syn
Voinien, Cubiculi nostri Prefecto, et Lublinen, An-
drea Dembowsky Syrachien, et Lanckien, Paulo Sza-
rowsky Lanckien, et Sochaczowien, Paulo Sapieha Kyo-
wien et Inbrieren, Petro Smigielski Inowladislа-
wien, Nicolao Herborts de Fulsztin Leopolien, Sup-
parum nostrarú Russiæ Præfecto, et Samborien.
Alij Gałęle Słuszka de Warkowicze, Volhiniæ, An-
drea Firleÿ de Dambrowicza Lublinen, et Sandomi-
rien, Sigismundo Chrzanowsky Belzen, Gregorio Zieben-
ski Plocen et Zakroczimen, Alexandro Lasts Gerwen
et Chelmen, Nicolao Firleÿ de Dambrowicza Rawē-
si, Joanne Dulsky, Culmensi, et Rogoznen Bransen
Swarzięngß, Nicolao Firleÿ de Dambrowicza Bierensi,
Cæsareæ Curiæ nostræ Referendario, et Kazimirien,
Petro Kloczewsky Zawichosten, et Malogostensi,
Stanislao Syrakowsky Landen, et Praderen, Jaco-
bo Rokossowsky Sremen, Curiæ mæ Thesaurario,
et Belzensium in Maiori Mdxcigß Poloniæ Præfecto,
et Ostrzeszowien, Ioanne Siemienski Zarnowiensi,
Joanne Christoporsky Vielunen, Joanne Szczeńsky
Halicien, Simone Szubsky Inowlodzen, et Gostinen,
Stanislao Gostomsky Sochaczowien, et Rawen, Alber-
to Rozgaisky Varschowien, Alberto Crassinsky
Sieprcen, Cristino Loss Vyschogrodzen, Castellanis,
Andrea Opalensky de Brin, Marschalco Regni, Ma-
ioris Poloniæ generali, et Robatnien Sxrementi gß,
Joanne Zamoisky, Cancellario Regni, Belzen, Kmyschi-
nen Zamorskiengß, Joanne Borukowsky, Præposito Lan-
cicien et Vicecancellario Regni, Andrea Zborowsky
Marschalco Curiæ Regni, et Radomien, Hieronymo
Brzezinski Regni Thesaurario, et Brzezmien Dobri-

cen?gß, Laurentio Woina, Magni Dncatus nostri Litua-
nie Thesaurario, Prusten, olicen, Knyssonien. Capitaneis,
Stanislao Ossowski, Curie ma Causarum Referendario,
Cantori Gnesnen, Preposito Sandomirien, Hieronymo
Rozrazowskj, Preposito Ploren, et maiori Regni Secre-
tario, Laurentio Goslitzki, Decano kielcen, Cantore
Ploren, Cracovien?gß Canonico, Andrea Patritio Nideg-
kj Archidiacono Vilnen, Custode Varschovien, Cano-
nico Sandomirien, Ioanne Demetrio Sokolowsky, Scho-
lastico Lancicien, Matthia Klodzinsky Archidiacono
Mednicn Canonico Cracovien, Joanne Tarnowsky
Preposito Wladislavien, Secretariis nostris, Et Nun-
cijs terrarum, ac aliis quam plurimis in presenti Con-
uentione generali Regni congregatis et exist ten.
Datß per manus prefati Magnifici Joannis Zamoy-
skj Regni Poloniæ Cancellarij, Belzensis, Knyssovien
Zamoscen?gß Capitanei, Syncere nobis dilecti—
Stephanus Rex spe.

Assessoratus coadjutoriæ Abbatiæ
in personam Dorotheanis Lis
sienski fact.

v.p. Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ &c Significamus pre-
sentibus literis nostris quorum interest vniuersis. Exhibi-
tas nobis esse Literas papireas, sigillo Reverendi in Xto patris
Lucæ à Koscielecz Dei gratia Episcopi Posnanien obsi-
gnatas, manuß eorum suæ Reverendæ paternitatis Nota-
rij subscriptas, salvas, integras, illæsas omnigß suspitione

carentes, Contmientes in de ma a Dñ'dae paternitatis No-
tarij testimonio, a quomodo Venerabilis Andreas Chrzo-
nowski protunc Lubinensis Abbas, per mandatarium et
procuratorem suum legitimum, coram Rdis dicti Dñi
Episcopi Posnamien, in Coadiutorem Abbatiae et suum legi-
timum successorem Abbatem Lubmien, Dñum Stani-
slaum Kiszkowsky, Praepositum Gezenien, accepit, elegit
nominavit et constituit, Dñ'dum vero Episcopum Po-
snamien, eandem nominationem, electionem et constitutio-
nem Coadiutoriae approbavisse, confirmavisse et ordi-
naria autoritate rahsficavisse. Supplicatu' igs nobis
est per certos Consiliarios nostros, ut nos quogs pro ra-
ta parte mra tangna suprema tutor et patronus
omnium Monasteriorum in Regno nostro existen, eam
ipsa Coadiutoria in persona dicti Dñi Stanislai
Kiszewskij facta, autoritate mra Regia approbare:
mus, Quarum gridem tenor de verbo ad verbum
segnitur et est talis. Actum Posnaniae die vigesima
nona Mensis Januarij. Anno Domini Millesimo quingente-
simo Septuagesimo octavo. Coram Dñ'o in Christo pa-
tre et domino, domino Luca a Koscielec Dei gra-
tia Episcopo Posnamien archigs praesentibus Sue Dñe
paternitatis, in meigs Notarij publici ac testium infra-
scriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum
praesentia, Constitutus personaliter Venerabilis Sta-
nislaus Krzyzanus, Canonicus Ecclesiae Collegiatae Sa-
cti Nicolai sortis Posnamien, et Plebanus in Krzywin Dio-
cesis Posnamien, Mandatarius et procurator legitimus
Dñ'di domini Stanislai Kiszewskij Praepositi Gezenien,
Parochialis seu Praepositurae Abbatiae Lubinensis, Dio-
cesis Gnesnen, exposuit, Dñ'dum ac religiosum Dominum
Andream Chrzonowskij Divina patientia Abbatem Lu-
bmiensem, Diocesis Posnamien, ex certis legitimis causis
et rationibus Dñ'dum dominum Stanislaum Kiszewskij

principalem suum, in Coadintorem Abbatiæ et suum le-
gitimum Successorem Abbatem Lubiensem accepisse,
elegisse, nominasse et constituisse, prout latius in instru-
mento de anno proxime preterito, die octava Mensis Novembris,
in claustro eiusdem Abbatiæ desuper confecto la-
tius continetur docuit, petens nomine principalis
sui eandem nominationem, electionem, et constitutionē
Coadintoriæ, vt et tanquā legitimè et debitè fa-
ctam, approbari, confirmari et autoritate ordina-
ria ratificari. Et Rēmus dominus Episcopus Posna-
niēn visso instrumento autbentico hmiusmodi assum-
ptionis, constitutionis et electionis Coadintoriæ et Suc-
cessoris dicti Stanislai Kiszewski, permotus ra-
tionibus et causis, quibus necessario dictus Rēndus
ac religiosus Andreas Grzegorowski motus fue-
rat, omni meliori modo et forma, prænominatā as-
sumptionem, nominationem, electionem et constitu-
tionem Coadintoris et Successoris Abbatis Lubien-
sis Rēndi domini Stanislai Kiszewski Præpositi
Gozdzien. autoritate ordinaria ratam et gratā
habens, approbauit, confirmauit, confirmauit, pro-
ut approbat et confirmat præsenti Decreto suæ Rēmæ
paternitatis mediante. Præsentibus Generosis
dominis, Stanislao Koscielieczki Castellano Bydl-
gostien. Stanislao Koscielieczki Capitaneo Naklen
Nicolao Rybinski, Alberto Gadkowski, Jacobo Sta-
winski, Joanne et Stanislao Gninskich, Thoma Szie-
dlerski, Luca Wyszogrowski, Jacobo Skrzetuski
Rodlicz, et aliis testibus. Curiæ Rēmi domini Epi-
scopi familiaribus. Et me Thoma Cosinski Curiæ
dictorum Notario. Ex stabi Curiæ Rēmi in Christo
patris et domini, domini Lucæ a Koscielieczi Dei
gratia Episcopi Posnanien extractum, et sigillo

mae Regiae paternitatis commmunitum et obsignatum. Tho-
mas Copinsky Notarius idem qui supra Jtt. Nos ita
gne benigne annuentes supplicationi dictorum Consiliario-
rum nostrorum, praemissas Episcopales trās in omnibus
earum punctis et clausulis, praesentibus trās nostris confir-
mamus, approbamus, ratificamusqs, eamqs Coadiutoriam
per praefatum Abbatem Lubinensem, in persona dicti
Regnoli Stanislai Kisbenskij factam, consentu et auctori-
tate nra Regia, ratam et gratam volumus esse, eundem
Regnolum Stanislaum Kisbenskij Praepositum Gozdzien
pro vero legitimoqs Coadintore Abbatiae Lubinensis
agnosten, agnostrigs ab ijs quorum interest praecipien-
tes quorum omnium fidem, praesentes manu nostra sub-
scripsimus sigillogs communiri iussimus Datt Varsaviae
die 6te Decembris Mensis Martij Anno Domini M. D.
Lxviij. Regni nostri Anno decimo.

Stephanus Rex Mpp.

Duo fora annalia et unum festi,
mensale instituuntur in oppido
Rasztow.

Rex: Stephanus Dei gratia Rex Poloniae, etc. Significamus, etc.
Quia supplicationibus Generosi Stanislai Miloszow-
skei benigne annuentes, volentes ut oppidum ipsius hare-
ditarium Raszkow in Palatinatu Calissiensi situm, ma-
ius in dies capiat incrementum, et ad meliorem statum
et conditionem deducatur, primo fora annualia à
Serenissimis antecessoribus nostris in ipso oppido insti-
tuta, instituenda et indicenda duximus duo fora an-
nualia, primum pro festo Annunciationis Beatae

Marie Virginis, alterum proferia quarta ante Domi=
nicã Lętare, quemadmodum alia antea in dicta fora.
singulis annis celebrand, Septimanale vero propter
maiorem commoditatem in feriam quartam transfe=
rimus, singulis Hebdomadibus frequentand, Quæ qui=
dem fora iam pro in dictis et institutis haberi debere
decernimus, Citra tamen vicinarum Ciuitatum et oppi=
dorum preiudicium et detrimentum, ita vt ex co tem=
pore in oppidõ Rassboro prescriptis diebus, cuiusq3
conditionis et sexus hominibus eodem modo et iure quo
alijs antea institutis Nundinis seu foris vndiq3 con=
fluere et commeare, ibiq3 omnis generis merces
exponere, vendere, emere, res pro rebus, merces promer=
cibus acquirere, permutare, abiq3 omnia negotiatio=
nis genera et mercimonia exercere et administrare
libere et secure liceat, Omnesq3 eo venientes ibiq3
comorantes et inde redeuntes, omnibus libertati=
bus et securitate quemadmodum in cæteris Ciuita=
tibus et oppidis Regni nostri gaudeãt et potiantur,
nisi forte tales sint, quos iura et leges fori non per=
mittunt, et quibus piorum hominum consortia merito
sunt deneganda. In cuius rei fidem præsentes lras
manu nra subscripsimus et sigillo nostro muniri nã=
dauimus Datum Varsauiæ in Comitijs Regni genera=
libus die .x. Martij Anno Dñi 1578 Regni 14to.

Facultas ædificandi molendinum
ad piscinam Lossycã Petro Ko=
ludonski permittitur.

Stephanus dei gratia Rex Polonie, &c. Significamus his
literis nostris quorum interest vniuersis et singulis eorum
notitiam habituris. Quod cum retulisset nobis Generos.
us Martinus Leßniowolski de oborij, Capitaneus noster
Losticensis, anno superiore ex ruinosa fabrica molendini nostri Lo-
sticensis, Molendinum ad eandem piscinam extructum, esse
simul euersum et ex fundamentis ipsis euulsum, ita quod
nullum fere illius vestigium manserit: cuius ipsius Mo-
lendini destructione multum fructibus et prouentibus
nostris in illo Capitaneatu decessisse; esse autem in eo-
dem Capitaneatu nostro quendam subolitum nostrum
Petrum Kozuchowski, qui eius Molendini extruendi
et edificandi curam susciperet, modo illi id à nobis
permitteretur, et de sumptu ab illo ea in re faciendo
caueretur. Nos itaque cupientes pro eo atque debemus
rationibus bonorum Capitaneatus nostri Losticensis
prospicere, permittendum et concedendum esse memo-
rato Petro Kozuchowski existimauimus; Ut igitur
permittimus, concedimus et integram facultatem facimus,
Molendinum in nostrum et Reipublicæ vsum ad pisci-
nam nram Losticensem, in loco apto et opportuno edifi-
ficare et extruere sumptu et impensis suis propriis.
De quo sumptu not sibi et suis successoribus cauere,
cum quo ad aggrediendum et ita vti par est, perfi-
ciendum opus hor. promptum et alacrem reddere
volentes: Statuimus illum et suos successores, tertia
mensura omnis generis frumentorum in Molendino hoc
molitorum (cuia videlicet pro nobis suis Capitaneo
nostro Losticensi semper reddere debebunt) tam hiber-
ni libere, horidemque Molendinum pacifice possidere
debere, donec sumptus et impensa ab illo in extru-
do et edificando eo Molendino facta, tota et integra
per Commissarios nostros iuste et legitime taxata et
estimata, sibi, et suis successoribus, à nobis vel nostris
successoribus nostris, aut Capitaneo nostro Losticensi

mnt et pro tempore existenti, realiter et mi effecti
ro restricta et redolita fuerit, Antegnd vero id præ:
fatum illi erit, pollicemur nos verbo nostro Regio illum et
suos successores, à possessione ejusd Molendini et tertiæ mé:
suræ usu non amoturos; neque hoc idem facere capitaneis
nostris Lossiensibus facultatem daturos, Licebit tamé
semper nostro Capitaneo Lossiensi præsenti et postmodu
ehiã futuro, cum voluerit, molendinum hoc de potestate
illius Petri Koguchowskj aut suorum successorum, vbi
premissum est, summa ex taxatione Commissariorum pro:
veniente redimere et recuperare. Juribus nostris Rega:
libus salvis in eo Molendino semper manentibus. In
cujus autem rei fidem præsentes manu nra subscripti:
mus et sigillo Regni nostri signari iussimus. Datũ Var:
soviæ die Undecima Mensis Martij Anno Domini
Mo Dlxxviij Regni nostri anno Secundo.

Permissio arrendaj bona
Capitanei Lossiensis S. Martini
no Lesznowolski fact.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ. &c.
vij. Significamus his lris nostris quorum interest vniuer:
sis et singulis earum notitiã habituris, Permisisse nos
et consensisse, vti quidem per præsentes tras nras
permittimus Generoso Martino Leszinowskj, bona
Capitaneatus nostri Lossiensis temporis sue, omnibus
sortis, loci, dignitatis et conditionis hominibus subdi:
tis nostris, arendandi, et in arenda locandi, inscri:
ptiones et recognitiones ejusmodi arendæ coram quibus
vis officio et officiis, terrestri et Castrensi in Regno

nostro faciendi, modo id fiat mie damno, incommodo et detrimento eorum ipsorum bonorum nostrorum. Quæ quidem arenda bonorum nostrorum memoratorum, per ipsum eniungß factam, et coram quibusuis actis auten: hris recognita, nos rata et grata pernide habitri sumus, ac si coram nobis ipsis facta esset. In cuius rei fidem et testimonium presentes manu nra subscripsimus et sigillo Regni nostri signari iussimus. Datß Varsouie die vndecima Mensis Marcij Anno Domini Millmo D LXX viij Regni nostri xmo secundo.

Consensus redimēdi Sobowidz in Palat. Pom. S. Andreæ Firley Sobowidz dat.

Stephanus dei gratia Rex Poloniæ, &c. Significamus his litteris nostris quorum interest vniuersis et singulis earum notitiā habituris. Quia nos cupientes animi nostri gratitudinem declarare Generoso Andreæ Firleij de Dambrowicza Castellano Lublinensi et Capitaneo nostro Sendomiriensi, pro illius plurimis et egregijs in nos et Rempublicam Regni huius nostri meritis, vt interim taceamus ea, quæ illum antecessorum quoqß nostrorum Serenissimorum Poloniæ Regum causa, subysse et præstitisse permulta eius dictora testantur, et quorum nos semper, pro eo ac debemus offerentibus se se occasionibus, rationem conuenientem et debitam habitri sumus; dandam et concedendā illi potestatem et facultatem absolutā esse existimauimus: ac damus iam nunc et concedimus præsentibus litteris nostris: Castellum nostrum Sobowidz in Palatinatu Pomeraniæ iacens, villarumqß et bonorum omnium et singulorum ad illud

antignitus pertinentibus, millis prorsus exceptis et exclusis, quæ hîc pro expressis haberi volumus, de potestate et manibus Generosorum Georgii et Ludovici Bagnstick, ac aliorum quorumuis modernorum istius Castelli possessorum et tenutariorum, vel alias quibuis quippiam ad hoc idem se habere pretendentibus, quos alias hîc pro nominatis haberi volumus, summis periculis in illo Castello et villis ac bonis omnibus ad hoc pertinentibus, iuste et legitime antignitus inscriptis, cum literis originalibus antecessorum nostrorum Poloniæ Regum comparentis, redimendi, vel quauis alia ratione legitima recuperandi. Hoc idemq3 Castellum, ita ab illo redimendum, cum omnibus et singulis villis et bonis ad illud pertinentibus, necnon fructibus, emolumentis, reditibus, obuentionibus, pensionibus et censibus, ex eodem Castello, villis et bonis prouenientibus, eidem Andreæ Friley ad vitæ illius vltimum diem damus et largimur, tenendum, habendum, possidendum et vsufructuandum pacifice et quiete. Promittentes pro nobis et Seremissimis Successoribus nostris Poloniæ Regibus, verbo nostro Regio, illam quòad nos humanis aget, a possessione et vsufructu istius Castelli, villarumq3 ac bonorum omnium ad ipsum quoquomodo antignitus spectantium non esse amouendos, neque etiam ad redimendum illud vel aliquid aliud ad eum pertinens, de manibus suis, cuiquam hominum potestatem esse facturos, sed nec nos ipsos aut Successores nostros, etiam si id fisci nostri Regij et Reipublicæ quoq3 ipsius rationes exposcere viderentur, hoc idem esse redempturos, imò verò tutam, quietam, et pacificam possessionem ac liberum vsumfructum illius ipsi quamdiu superstes vixerit, quantum in nobis erit, esse præstaturos. Successores quoque nostri post mortem illius, eiusdem Castelli

villarum et bonorum omnium ad ipsum pertinentium
possessione et usufructu non priuabuntur, nisi numera-
te et persolute illis prius integrè cum effectu fuerint
tres partes summæ pecuniariæ, per ipsum Andream Firley
Castellanum Lublinensem circa exemptionem, vigore isti-
us Consensus nostri faciendæ, expositæ et numeratæ; quar-
tam siquidem partem ex legum publicarum ea de re san-
citarum præscripto, limis iuris actualicij sibi à nobis da-
ti, ratione, nobis et fisco nostro idem Andreas Firley di-
misit et condonauit; dimittit quę ad ex eo tempore ac
condonat, nosque successores nros et ipsa quoque Rem.
publica eo nomine quietat. per præsentes lras, quas nos
in fidem præmissorum omnium manu nra subscripsimus
et sigillo Regni nostri signari mandauimus Datę
Varsauiæ die Mensis Anno Domini
Millesimo quingentesimo nonagesimo primo Regni nostri anno decimo.

Stephanus Rex

Consensus retinendi Præfecturam
Constinensem S. Joanni Sienienski

Czerstyn

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ &c Notum fa-
cimus præsentibus lris nris quorum interest universis
et singulis, Quod cum nobis Generosi Joannis Szienien-
ski Castellani Farnoviensis merita singularia, quæ
cum Serenissimorum Regum Poloniæ, Dnorum antecesso-
rum nostrorum, tum nostro tempore et Reipublicæ Re-
gni Dnus noster singulari fide et dexteritate præ-
stitit, omnes ordines Regni Dnus noster, in his præsen-

Comitijs vt sepe alias diligenter commendarent, Nos cum
eius familie gnam celebrem ac claram esse, ac iampri:
dem de Respublica bene merita esse intelleximus, tum
etiam ipsius meritorum rationem habentes in hac re in
presentiarum, donec maioris gratie se occasio offerat, gra:
tiq et gratitudinem mam declarandq esse putauimus,
vt ipsi consensum nostrum daremus, vbi gmidem tūs hisce
nostris damus, gno possit et valeat Prefectura nostra
Czorstmiensem, in finibus Hungarie sitam, villasq3
cum omnibus pertinentijs ad eandem ex antiguo spec:
tan, ac cum aliis villis gnas Sexōmus Et Emitus Rex
predecessor noster ad tempta prefata post obitū
nobilis Wierzbienta, adimpsisse dicitur, de
manibus successorum olim Gnosi Jacobi Dembienskij
Capitanei nostri Czorstmien, et aliorum omniū ius et
interesse aliqnod ibidem habere se pretendentiū, sū:
ma petitionis in eadem prefectura iuste et legiti:
me instituta redimere, et si qua sint bona in eadem pre:
fectura libera consequi et obtinere, per ipsum cum om:
nib⁹ pertinentijs eorum, cumq3 omni iure, dominio et pro:
prietate prout ad tēs prefatus Jacobus Dembien:
skij Capitaneus modernus tenebat et possidebat, alias
iuxta vim et contentiam literarum originalium desuper
iuste et legitime editarum, tenend, habend, pacifice3q pos:
sidend, ad vitę eiusdem extrema tempora, promittimus3q
verbo nostro Regio pro nobis et Serenissimis Success:
ribus nostris, quamdiu memoratus Joannes Sicmienskij in
vita superstes fuerit nemini nos nec Serenissimos Suc:
cessores nostros ad eundem de prefata tempta exe:
mendum seu amouendum consensum daturos, quinimo nec nos
ipsos nec Serenissimos Successores nostros pro fisco,
mensa, cognina, stabulo, vllarie alia Reipublicę nra
necessitate exemptiuros aut amoturos, sed potius
in pacifico vsu et possessione dicte Prefecturę a

Vna cum villis prænominatis ac omnibus pertinen con-
servaturos et defensuros. Ratione cuius gui dem ad-
uitatitatis idem Gnósus Joannes Szieniensky satisfaci-
ent Constitutionibus Regni publicis, quarta parte
summæ pecuniarum antiquæ, in eadem Præfectura ac vil-
lis ad eandem Spectand nobis et Reipublicæ dimisit ac
condonauit, ac præsentibus condonat. Post mortem
Vero prædicti Joannis Szieniensky, præfata Præfectu-
ra ad nos et successores reos, summa reliqua eisdem
successoribus persoluta, pleno iure redibit. Iuribus
nostris Regalibus salvis ibidem per omnia permanen-
tibus. In cuius rei fidem manu nostra præsentes sub-
scripsimus et sigillum nostrum appendi iussimus. Datæ
Varsoviæ in Conventione Regni generali die Duode-
cima Mensis Martij Anno Dñi 1578 Regni decimo.

Stephanus Rex

Quietacio Lucæ Gornicki Capitanei Tykocinen.

Nro. Stephanus Dei gratia Rex &c. Significamus te-
nore præsentium quorum interest universis et singulis. Ge-
nerosum Lucam Gornicky Capitaneum Tykocinense
Secretarium nostrum fecisse in Thesauro Regni rationem
præsente Nobili Martino Podgorsky Notario Sacræ
Mtatis Reginalis, Comitis nostræ charissimæ, de omni-
bus et singulis Capitaneatus eiusdem Tykocinensis pro-
ventibus Anno rum omnium, à die prima Januarij in
anno Millesimo, quingentesimo Septuagesimo Sexto,
ad diem ultimam Decembris in anno Millesimo Quingen-

Septuagesimo Septimo terminatorum et finitorum. Jn
qua ratione iuxta ordinationem olim Serenissimi Hon:
rici Regis positis, Capitaneatus eiusdem annorum cho:
rum suprascriptorum pecuniarum, percepis singulis
annis per florenos octingentos sexaginta septem, gros:
sos viginti, denarios nouem cum medio, de Thesauro
Sacrae Mtis Reginalis spectant, pronerunt pro an:
nis duobus suprascriptis, florem Mille septingenti
triginta quinque grossi vndecim, denarius vnus, De:
monstrauit tandem ac sufficienter comprobauit, quã:
tum earundem pecuniarum ad Thesaurum Sacrae Mtis
Reginalis dedit et imbulit. Quantum item ni expe:
ditionem seu demissionem in nauibus tormentorum
bellicorum, pulverum ac globorum é Tÿkotzin, vsq3
Marienburgum euogauit, Tum demum quantu
ni promissionem Bernardinorum Monachum, Jtem pe:
cuniam numero duodecim in arce ibidem Tykotzin
existen per annos duos suprascriptos distribuit. Quã:
tum demq3 solutionem pensionum seu prouisionem
eorundem personis vezt Bokowskij Tentoriorum Custo:
tori, Augustino Carpentario Castri, Pixidario ei:
usdem, Francisco Rosocha ac ni reformationem edifi:
ciorum tam ni Castro quam ni praedijs pecuniarum
distribuit et expedit. Quorum omnium praemissorum
distributorum iuxta regestri illius latiorem ac fu:
siorem specificationem facit florenos Mille septin:
gentos triginta quinque, grossos vndecim, denarium
vnum, Nihilq3 amplius ex ratione primi Thesauro
Sacrae Mtãtis Reginalis conmigis nr̃a charissimæ
remansit debitor. De qua ratione Capitaneatus
eiusdem annorum dnorum suprascriptorum modo pre:
misso integre et sufficienter facta, eundem Capita:
neum quietamus, absolvimus et liberum pronuncia:
mus. Harum testimonio literarum quas manu nr̃a subs:

scripsimus

Scripsimus, Datum Varschoniæ die Duodecima Mar
tij Anno Domini M.D.LXX.viij Regni nostri Sexto.

Stephanus Rex

Villa Porzecze S. Joanni Sien
ienski confertur.

vlg.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ &c Significamus
tenore præsentium quorum interest vniversis et singulis præ
sentibus et futuris, harum notitiam habituris. Quod nos
rationem habentes meritorum Gnosi Joannis Sziemienski
Castellani Zarnowiensis, quæ olim Seremistimis Regibus
Poloniæ antecessoribus nostris præstitit et nunc nos
bis et Reipublicæ non desistit præstare. Volentes ips
i eundem Generosum Joannem Siemienski gratiam nam
declarare, ipsi vsui et pacifico possessionem villæ nos
Porzecze cum Sylua et mericis lacuqs ad eandem
Pertinentibus, in terra seu districtu Leopolien
sj antiquo spectand, ni terra seu districtu Leopolien
ad fluuium Dniestr iacentem dicta, aliasqa Dniestrem,
ita late et longe circumferencialiterqs, prout ipsa
Sylua et mericis, lacubusqs in suis metis et limitibus consi
stunt, alia omnia et integra bona et hæreditates quas
pro certis bonis nostris cum Venerabili Capitulo Leopo
lien modo commutatorio acquisiuimus, Concedendum et
conferendum duximus: prout conferimus et concedimus
præsentibus suis nris ad extrema vitæ eius tempora
per eundem Gnosum Joannem Sziemienski prædictã vil
lã cum omnibus fructibus, prouentibus, reddibus, vti
litatibus, obuentionibus vniuersis modo quorumqs ad
eandem villã pertinen, ac ab antiquo ad eandem

petuend, millis penitus exceptis, cum omni iure, dominio,
et proprietate, tenend, haben, vtifruend, pacifiegs et quie-
te quo ad vixerit possidend, Promittentes verbo nostro
Regio pro nobis et serenissimis successoribus nostris,
quod vita illius durante, prachitam villa nostra, nec
nos nec successores nostri pro mensa, fisco, cogmia, sta-
bulo, vel quacunqs ma et Reipublica necessitate
ab eodem Gnoso Joanne Sgiemenskj amouebimus, sed
eum in pacifica possessione eiusdem villae quo adui-
xerit conseruabimus, successoresqs nostri conser-
uabunt, Jta tamen vt ex eadem villa quarta par-
tem prouenien pro Republica laudata ad thesau-
rum publicum inferre teneatur, a futura illius vil-
la remissione, Mortuo autem eo prafata villa ad
nos successoresqs nros pleno iure recidet et deuol-
uetur, Jnuibus nostris ibidem salnis per omnia per-
manen, In cuius rei fidem et euidens testimoniu
mam mea subscripsimus ac ijsdem sigillum nostrum
appendi iussimus. Datu Varschoniae in Comentu
Regni generali die xii Mensis Martij. Anno
Domini M D Lxxviij. Regni nostri decimo.

Stephanus Rex

Conseruacio Zofsie Sralens
ka in possore agri certi arra
domus in Zawidost alteri
agri in Sobotska.

Stephanus Dei gratia Rex Polonie, &c. Significa-
mus hiis lris nris quorum interest vniuersis et singulis ea
rum notitia habituris. Quia nos interessionibus non-
nullorum Regni nostri Consiliariorum, apud nos pro
Nobili virgine Sophia Gralowska, olim Nobilis Hiero-
nymi Gralewskij Burgrabij Zawichostensis filia, fa-
uoribus benigne animentes, ipsam in vsu et possessione pri-
uilegij agri emissitij arcis et arcem domus ejus et aliorum
edificiorum in arce ipsa a memorato patre suo ex-
tructorum et positorum, in oppido Zawichost sitorum,
Necnon certis partibus agri silua vulgo dicti, in hae-
reditate ville nre Sobothka consistentis, ad vitae
illius tantum extrema tempora conseruandi, retinen-
di, relinquendi ac manutenendi esse duximus: Vti
sane hisce lris nris conseruamus, retinemus, relinqui-
mus ac manutenemus. Promittentes pro nobis et here-
dissimis successoribus nris Poloniae Regibus verbo
nostro Regio, illi a possessione et vsufructu quo ad
in humanis aget, agrorum, arcis et edificiorum memora-
torum, omniumque et singulorum fructuum et emolumen-
torum ex eisdem bonis prouenientium, non esse quouis pre-
textu et colore amouturos, Neque eadem bona cuiqua
hominum cuiusuis sortis, loci, dignitatis et conditionis exi-
stentium, illa superstite esse daturos et concessuros.
Sed neque etiam nos ipsos et successores nostros, pro me-
sa, fisco, cognita, stabulo aut quauis alia nra et Rei-
publicae quantumlibet ardua necessitate eadem ipsa
bona de manibus et potestate sua, esse recuperaturos
et adempturos. Imo vero tuta et secura possessione
et liberum vsum fructum eorum ipsi semper quantum
in nobis erit esse praestaturos. Quorum bonorum nomi-
ne, nobis et Reipublicae debita et consueta onera

præstabit. Illæsè omnis sublata bona hæc omnia libe-
ra ad nos et dispositionem nram devolventur. Juribus
alijs nostris Regalibus salvis interim semper in cis-
dem bonis manentibus. Atq ne in omnis vei fidem præ-
sentes manu nrâ subscripsimus et sigillo Regni nri
muniri mandavimus. Datæ Varsaviæ die xxiii Mensis
Martij Anno Domini Millesimo D.
LXX viii. Regni vero nostri Anno Secundo —
Stephanus Rex

Lra de arrenda Epi Cracov.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ, &
Notum facimus omnibus expedit omnibus, harum no-
vp. titiam habituris, per præsentes, Quia Rndus in
Christo Pater dominus Petrus Myszkowski Epi-
scopus Cracoviensis, satisfaciendo publicis Regni
Constitutionibus, in Cancellariam nostrum Annata
ex Episcopatu Cracoviensi intulit, quam nos in
usum belli Gedanensis convertisse esse hisce literis
nostris testamur, quas manu nostra subscripsi-
mus et sigillo Regni nostri subsignari manda-
vimus. Datæ Varsaviæ die xiii Mensis Mar-
tij Anno Domini 1578. Regni nostri Secundo.

Stephanus Rex

Adiuitales super Aduocatia
in Strolki Luce Strilecki dat.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniae, et Significamus, vj
Quod cum nobis per dextos Consiliarios nros commen-
data fuisset virtus atq; probitas ac tempore incursionis
Scytarum illas oras sepissime vastantium propulsandis illis,
vigilantia Nobilis Lucae Strzeleczky Aduocatia sive Sculte-
tice in villa nra Strelky ad Capitaneatum nostrum Sam-
borien pertinente consistentis possessoris, Supplicasset eidem
nobis ij dem Consiliarij nostri, ut eidem Lucae Strzeleczky
super praefata Aduocatiam Jus nostrum adiuitalicium
dare et concedere dignaremur. Nos itaq; ex ijs ration-
bus volentes ipsum ad maiora praestanda promptiorem et
alacriorem efficere, memorato Nobili Lucae Strzeleczky
ad ipsa Aduocatia vna cum omnibus eius vsibus, fru-
ctibus et emolumentis, censibus, molendino, quod ei ex
rippa fluvij Jasbrzmiza ad rippa fluvij Niestr citra
praeiudicium nostrum et quorumuis aliorum transferre
permittimus, laboribus per incolas eiusdem villae trium
dierum ac strena, Kolandka dicta, pro festis Paschae
et Natiuitatis Domini, Aduocato singulis a mis praestari
solitorum, aliisq; attinentiis et pertinentiis antiquitus
et de consuetudine, ac iuxta tras a Serenissimo Sigismu-
do Augusto super eandem Aduocatia concessas, ad eun-
dem Aduocatia spectantibus, iure Aduitalicio damus
et concedendo duximus: vti damus et concedi-
mus praesentibus litis nris. Promittimusq; pro nobis
et Serenissimis successoribus nris, quod durante vita me-
morati Lucae Strzeleczky, eum de memorata Aduocatia

spes nobis, mensa, fisco, cognia, et alia nra et Reipubli:
ce Regni nostri necessitate non exemimus, nec cuiquam
consensum meum ad exemendum dabimus, Sereniss[imi] q[uo]
Successores nostri ita facturi sint. Jnsuper tamen nris
et Reipublice Regni nostri ibidem semper salubris manen:
tibus. In omnis rei fidem, vt Datis Varschoniensi Con:
uentus Regni mi gnadi. die octava Mensis Marty
Anno Domini 1528 Regni nostri anno decimo.

Stephanus Rex [illegible].

Conservatio Jaszkonis Lech,
nonici in possessione sortis Adu,
catie in villa Sczawina

v. J.

Stephanus Dei gratia Rex. Significamus, Q
uia nos ad intercessionem certorum Consiliariorum
nostrorum nomine Nobilis Jaczkonis Lechnowicz Scza:
winskj possessoris tertie sortis Aduocatie in villa nra
Sczawna ad Capitaneatum nrum Sanocen[sem] pertinen[tem],
consistentis, apud nos facta, eundem in usu et pos:
sessione Aduocatie prefate omnibusq[ue] eius attinen:
tiarum et pertinentiarum, iuxta prescriptum trarum
Originalium usumq[ue] et consuetudinem obseruatam,
conseruandum et relinquendum duximus: vtiq[ue] de
conseruamus et relinquimus penitus nris, ad
extrema vite ipsius tempora. Promittimusq[ue] pro
nobis et Sereniss[imis] Successoribus nris, quod dmate
vita memorati Jaczkonis Lechnowicz Sczawinskj,
cum de prefata Aduocatia pro nobis, mensa, fisco,
cognitia vel alia grauis nostra et Reipublice Regni

nostri necessitate non exemimus, nec cuiquam Consensui
nostreum ad exemendum cum dabimus, Sereniss[imi]q[ue]
Successores nri ita facturi sint. Juribus tamen nostris
Regalibus ibidem semper salvis manentibus. Jn cuius
rei fidem et evidentius testimonium praesentes manu
nostra subscripsimus sigillumq[ue] Regni nostri eisdem ap-
pendi iussimus Datis Varsaviae die xxij Mensis
Martij Anno Dm 1578 Regni nostri decimo.

Stephanus Rex

Consensus Jurkoni Sokolowski
de Advocatia Sui dicti
filio suo.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniae &c significamus &c
v.g. Quod cum coram nobis Nobilis Jurko Sokolowsky de
Jurczno Advocatialiter quod à Seremissimo olim Dine me-
moriae Sigismundo Augusto Rege Poloniae praedecesso-
re meo habuit, super Advocatia seu Scultetia Sgai dicta
ad Capitaneatum meum Samboriense pertinen, bonisq[ue]
cum granor emetoribus et hortulanis, aliisq[ue] omnib[us]
ad ead pertinen, in persona filij ipsius Jarglo immoris es-
sisset et condescendisset, Supplicassentq[ue] nobis certi
Consiliarij nostri, vt in eandem cessionem et condescen-
sionem Consensum meum Regium praebere, eamq[ue] autorita-
te mea Regia confirmare et ratificare dignaremur.
Nos itaq[ue] eiusmodi supplicationi benigne annuentes, in
praefatam cessionem et condescensionem memoratae Ad-
vocatiae nostrae bonorumq[ue] praefatorum consentimus, gra-
cre confirmamus et ratificamus praesentibus literis
nostris, Et quoniam nobis praedicti Jarglonis Sokolowsky

virtus atqꝫ probitas, ac tempore incursionis Scÿtarum
illas oras sepissime vastantium, in propulsandis illis vigi-
lantia est commendata, Jdeo ipsi fideli nostro Jacobo Sokolowsky
super Advocatia prefata, bonaqꝫ cum quatuor Cmeto-
nibus et hortulanis, omnesqꝫ illorum attinentiat et per-
tinentiab, antiquitus et de jure ad eam Advocatiam spectá-
libus et pertinentibus, Jus nostrum Adnitatium dandi
et concedendum duximus; vti quidem damus et conce-
dimus presentibus literis nostris. Promittimusqꝫ pro nobis
et Serenissimis successoribus nris, quod dum tempore vita me-
morati Jacobi Sokolowsky, cum de Advocatia pre-
fata bonisqꝫ prefatis ad eam pertinentibus, pro nobis,
fisco, cognita vel alia quauis nra et Reipublicæ Re-
gni nostri necessitate non exemerimus, nec cuiquam conce-
sum nostrum ad exemendum dabimus, Serenissimiqꝫ Suc-
cessores nostri ita facturi sunt, Juribus tamen nostris
Regalibus et Reipublicæ Regni nostri ibidem semper
salvis manentibus, In cuius rei fidem, &c Datum Varsso-
viæ die xxvij Mensis Martij Anno Doi 1578 Regni 2.
Stephanus Rex mpp.

Confirmacio actus commissa-
rium de redimendis molendinis in
fundo villæ Dzick et flu-
uio Prosna.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ, &c Significa-
mus his literis nostris quorum interest universis
et singulis earum notitiam habituris. Monstratum

fmisse nobis nomine Gnosi Alberti Gorecgky actum infra:
scriptum Commissariorum nostrorum, manibus eorum pro
prijs subscriptum et sigillis ejusd signatum, integrum, inviu=
latum, omnigs prorsus suspitione vitiatrea carentem, sup=
plicatumgs simul nobis est, vt eum autoritate nra Regia
approbare et confirmare dignaremur. Cuius autem tenor
tenor de verbo ad verbum iste fuit. ACTVM
in Molendino, hereditate sue feudo ville Osiek, fe=
ria quarta post Dominicam Ramispalmarum Quadragesi
malem proxima. Anno Domini Millesimo, quingentesimo
Septuagesimo Septimo. Coram Generoso et Nobilibus
Gabriele Maslowsky Tribuno Vielunensi, Stanislao
Kierginsky, Stanislao Kobierzicky, Joanne Vallenowsky
per Sacram Regiam Mtem, ad redemptionis infrascriptor
negotiu, datis et deputatis Commissariis, Presentibus
Gnosi et Nobilibus, Abrahamo Gizicky Judice terrestri
Vielunen, Martino Stanczal, Hieronymo Liskowsky, Pe=
tro Kraskowsky, Andrea Tymiensky, Alberto Kierdey
et aliis quam plurimis. GEnerosi et Nobiles Ga=
briel Maslowski Tribunus Vielunen, Stanislaus Kie=
rginsky, Stanislaus Kobierzicky, Joannes Vallenow=
sky, Visa sufficienti et autentica Commissione Sacre
Regie Mtatis, sigillo minoris Cancellarie obsignata,
per Generosum Albertum Gorecky illis oblata, in qua
Commissione Sacra Regia Mtas Gnosum Albertum Gorec=
ky redimendum in fluuio Prosna, in feudo vil
le Osiek, ad Capitaneatum Vielunen pertinen, situm,
de manibus Laboriosorum Petri et Joannis Glowienkow
moderno[illegible] possessorum, et aliarum omnium quor[illegible] interes
esse alignos se habere ad predictum Molendinum putan
consentire dignata est. Vt redemptionis negotium
facilius et commodius compleri possit, suprascripti Commis=
sarij Necnon et nobiles Georgius Radosseusky et Nico=
laus Wolczky ad presens dati et deputati sunt, Commu=
nicato inter se consilio captatogs tempore pro ejus
bo diurna competen, et opportuno rei expedien

ad illud ipsum Molendinũ prefatum comenerunt. Quad
Commissionem is ipse Gnosus Albertus Gorecgky in pre:
sentia eorundem Inprascriptorũ Commissariorum ac alio:
rum Nobilium ibidem existentium, tum etiam presentia Mi:
nisteriali terrestris districtualis, Stanislai Jacobi Kar:
czmarz de Jutekow, in dicta aliter ac officiose porrexit.
Cuius tenor sequitur et est talis. Stephanus Dei gra:
tia Rex Polonie, Magnus Dux Lithuanie, Russie, Prussie, Ma:
sovie, Pomeranie, ac Necnon Transylvanie Princeps
Generoso et Nobilibus, Gabrieli Maslowsky Tribuno
Vidlnensi, Georgio Radoszewsky, Nicolao Dobiczky, Stani:
slao Krierzinsky, Stanislao Kobierzicky, Joanni Wal:
kowsky, fidelibus nobis dilectis, Gratiam nram Regiam.
Generosi fideles dilecti. Decimus consensum Gnoso Alber:
to Gorecgki, redimendi Molendinũ in fluuio Przosna, in
fundo villae Osiek ad Capitaneatum Vidlnen perti:
nen, sitũ, de manibus Laboriosorũ Petri et Joannis
Glowienky, modernorũ possessorũ, et aliorum omnium jus
et interesse aliquod se habere ad predictum Molen:
dinum pretantium, quorum nomina et cognomina hic pro
expressis habere volumus. Quod redemptionis nego:
tium ut facilius et commodius confici possit, Fidelita:
tibus vris, quorum fides, integritas et in rebus ge:
rendis dexteritas nobis est explorata, id negotiũ
dandum et committendum duximus; prout damus
et committimus hisce lris nris, Mandantes eisdem,
ut communicato inter se consilio, captatoq; aliquo
tempore competenti et opportuno rei expediendæ,
ad illud ipsum Molendinum vel quempiam ad id loco
aptum et idoneum comeniat, vocatisq; ad sui praesen:
tiam modernis dicti Molendini possessoribus, ac aliis
omnibus quos et interesse aliquod se ad hoc idem Mo:
lendinum habere putaverit; eorundemq; propositionibus
et allegationibus auditis, ac literis originalibus
si quas forte habuerint, diligenter examinatis, tum ad

pecuniariâ Originalem, ni eisdem originalibus inste
et legitime inscriptâ, per Gnósum Albertum Gorczkij
deponi curent, Jn horum autem defectu volumus et
Fidelitates vrâ bona omnia, fructus, prouentus, et ob-
uentiones molendini eiusdem, tũ ehiã sumptus, impensas
si quas fecerint ni extructione Molendini iuxta pre-
scriptum et dispositionem Statuti ca de re facti, et con-
suetudinem ni hmõi causa seruari solitã, taxent et
aestiment, Summamq3 ex taxatione proeuentem Ge-
nerosũ Albertum Gorczkij mmerare, eandemq3
per laboriosos praehibitos possessores modernos Lehu
et Joannem Glowienka leuare iubeat et decreto
suo compellant, Tandem dicti Molendini et omiũ
eius prouentũ, fructũ et obuentionũ, possessionem ei-
dem Alberto Gorczkij tradant et assignent pro gra-
tia mrâ et debito officij vestri, vmis et singulorum vrum
absentia ni praemissis exequendis nihil penitus obstand.
Datũ Torunij ni Coment hone gnali die tredecima
Nouembris Anno Domini Millesimo quingentesimo se-
ptuagesimo Sexto. Regni nostri primo. Ex Commis:
sione Sacrae Mtãis Regiae propria. Reperchrit ibi-
dem et mandatũ sor Copiã illius, eiusdem Sacrae
Regiae Mtis, de omnis authentica positione Ministeriali
praedicto, Nemo et ubi his Commissariis plane constabat.
quod sit inchoatre. Stephanus Dei gratia Rex
Poloniae, magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Ma-
soniae, Samogitiae, &c. Necnon transylvaniae Princeps.
Laboriosis, Petro et Joanni Glowienka, Molendinũ in
fluuio Prgosna, in fundo villae Ostrek ad Capitaneatũ
Vielunen spectãen, modernis possessoribus, et aliis om-
nibus ns et interesse aliquod ad hoc habere putand, quorum nomina et cognomina hic pro
insertis habere et expressis volumus, Gratiam nram
Regiã. Laboriosi fideles dilecti, Declinus consensum
nostrum Generoso Alberto Gorczkij, Molendinum

predictum domanibus vris redimend, quod negotiu
redemphonis ut eo commodius ac facilius confici possit,
deputamus ead adrem Commissarios nros, à quibus,
cum literis nostre credentie coru regnicoli fuerint, mã=
damus vobis, ut coram eisdem in loco ab eis deputato
compareatis, atque illa oia quecumq; illi in negotiis
sibi commisso statuendum et decernendum duxerint,
sequamini et teneatis. Pro gratia mea. Datum Toru=
nij in Comentione Regni nostri generali die tredecima
Novembris. Anno Domini Millesimo, quingentesimo
septuagesimo sexto. Regni nostri anno primo. Ad
Mandatum Sacre Mtatis Regie propriu. In quo
negotio cum inquisitionem suã iuxta leges et prescri=
pta statutorum Regni fundare ac locare voluissent
prefati domini Commissarij, ibi Nobilis Adamus
Skapski famulus seu factor predij et ville Sokolniki
ac aliarum Magnifici Stanislai Przedborz de Ko=
mierzpolie Capitanei Vielunen, nomine eius à quo id
in commissis se habere referebat, eandem fundatio=
nem ac locationem inquisitionis Commissorialis,
habens penes se communitatem tota de villa Ostiek
cum instrumentis bullatis astantem, temere et rebeliter stre=
pitu sibi communitat ac clamore admixt, denegabat
et impugnabat his verbis, Magnificus dominus id mihi
mandauit, ne aliquod negotium expedien vel locari
admitterem. Tandem Domini Commissarij cum ei mo=
lendino prefato discedere voluissent, fundationis juris=
dictionis Commissarialis benevole admisit. Quare do=
mini Commissarij fundationem inquisitionis suæ, iuxta
leges ac prescriptu statutorum, locauerunt, ana
locata Ministeriali terrestri prefato iusserunt,
ut partes ad peragendum negotiu quodlibet iuri=
dice acclamaret, quod in instanti fecit et par=
tes acclamauit. Ibidem prefatus Albertus

ciendi; Quam nos, vbi in ea die et legitime facta fue-
rit, ratam et gratam habebimus, perinde ac si coram
Mtate nra Regia facta esset: Atque ita sane Sy-
nagogam eam Sancti Salvatoris in villa nra Stol-
pij cum omnibus et singulis bonis ad eam antiquitus
pertinentibus, nullis penitus exceptis, eidem Fie-
dorco ex gratia nostra, pro in re nro quod nobis
ex legibus publicis ad eam rem competit, damus,
largimur et conferimus. Per ipsum quoad in hu-
manis aget, tenet, habet, possidet, administran,
regat, vtatur ac fruatur. Spondemus qs ac cauemus,
illum quamdiu vixerit, ac prout in hanc ita vti
deret administrauerit, a possessione, regimine, et
administratione eius Synagoge, tum eiusdem ab vsu
fructu omnium et singulorum bonorum ad ipsam ex
antiquo tempore pertinentium non esse amotu-
ros, sed tuta, liberam, quietam et pacificam posses-
sionem et vsum fructum ipsi prestaturos esse.
In cuius rei testimonio hrarum gras nras in fidem premisso-
rum manu nra subscripsimus et sigillo Regni nri
muniri mandauimus Datum Leopoli die xx iij
mensis Maij. Anno Domini 1578 Regni 18 tio.

Stephanus Rex

Confirmacio hrarum Locationem
villae Jablonka et decretum int
Stefkonem Cierniecki et Sien,
konem Matuscienka super
se contines

Stephanus dei gratia Rex Polonie &c Significamus pre-
sentibus literis nostris quorum interest vniversis et sin-
gulis. Exhibuisse coram nobis per certos Consiliari-
os nostros ex parte Nobilis ac honesti Sterzkonis
Czernieczky binas infrascriptas tras, priores parga-
meneas sigillo mmoris Cancellarie obsignatas, et
manu propria Rndi Petri Myszkowsky, protnnr
Regni Polonie Vicecancellarij subscriptas: Conti-
nentes in se locationem ville Jablonka, inter vil-
las meas Preslib et Borima consistrñ, et in Capi-
taneatu nostro Samborienti sitj, Tum et aduita-
litatem super Scultetiam alias Kmastwo in pra-
fata villa Jablonka eidem Nobili Sterzkoni Czer-
niecz ki à Sereniss mo olim Sigismundo Augusto
anteressore meo concessa, Posteriores vero pa-
reas sub titulo et sigillo Generosi Stanislai Ster-
borb à Fulstin Castellani Leopolien, Sambo-
rienss Capitanei, terrarumss nostrarum Rustia
Supparij, obsignatas, et manu eius propria sub-
scriptas, continentes in se Decretum eiusdem Gnosi
Stanislai Herborth, inter Nobilem Sterzkonem
Czerniecski in Jablonka ex vna, et providum Sien-
ko Matzenka in Thwerzlj Scultetos, partibus
ab altera, occasione agri emergentia alias
obstarij in fine ville eiusdem Thwerzka, in flu-
uio ibidem defluitan consisten. latum, atqs prefa-
tum agrñ ad bona Scultetia sua eidem Sterzkoni
Czerniecz ki adiudicatum; Supplicatumqs est no-
bis vt easdem autoritate nra Regia approbare,
confirmare et ratificare dignaremur. Priorum
autem trarum tenor est talis. Sic sat. Xpus
Augustus Dei gratia Rex Polonie, magnus

Dux Lituaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ Samogitiæq3
tc Domimus et hæres. Notum testatumq3 esse volumus
Vniversis et singulis quorum interest, præsentibus et fu-
turis, ad quorum notitiam hræ mræ præsentes perveni-
rint, Supplicatum esse nobis nomine Stezkonis Czer-
wiczky, Scultetiæ in villa mra Jablonka ad Capita-
neatum Samboriens pertinen possessoris, vt hras Se-
renissimæ olim Dominæ Bonæ Reginæ Poloniæ paren-
tis mra desideratissimæ, super locationem villæ Ja-
blonka conrectas, auctoritatem ra Regia approbare
et confirmare dignaremur. Quarum quidem hrarum
tenor est iste. BONA Dei gratia Regina Po-
loniæ, suprema Dux Litfuaniæ, Russiæ Prussiæ,
Masoviæ, tc Domina, Significamus tenore præsen-
tium quibus expedit vniversis et singulis, harum noti-
tiam habituris. Quia nos cupientes bonorum nostro-
rum Capitaneatus Samboriensis conditionem me-
liorem et amplificationem facere, Commendatamq3
habentes probitatem et industriam Nobilis Jacz-
konis Krzyżik, Commisimus eidem et facultatem
dedimus villam vnam circa flumium Jablonka, inter
villas hras Preslib et Borimia de novo locare, et
homines suos colonos ad libertatem vocare, Cui qui-
dem commissioni mra ipse Jaczko inhærend, eam villam
ipsam iam locare incepit, Sed quomodo asserit se non
ita facile absq3 litteris nostris locationi villæ
eiusmodi intendere posse, propterea easdem hras
illi dandas duximus, committendo illi et facul-
tatem omnimodam dantes, villam eandem locari inceptam
circa flumium Jablonka, suis tamen præiudicio et
incommoditate aliarum villarum adiacentium locan
continuare, et homines suos colonos ad libertatem
vocare, qua à censibus, datijs, laboribus, et aliis
oneribus gaudebunt, iuxta consuetudinem in-

Valachi i more aliorum colonorum illic locari soli:
torum, Quorum quidem colonorum locatio volumus
vt non ad maiorem nisi ad numerum quinquaginta
colonorum se se extendat. Exspirata autem libertate
e eiusmodi Valachia, labores, census, datias, con:
tributiones, et alia onera obibunt, secundum con:
suetudinem Valachiæ, prout alij incolæ in terra:
Lardico residentes, Quo etiam iure hanc villam nomi:
ter locandam Jablonka cognominandam gaudere
volumus perpetuis temporibus, Vt autem dictus
Jarzko Kraimk eo diligentius et ardentius loca:
tioni et extirpationi huiusmodi villæ intendat, eide
et ipsius legitimis successoribus vendidimus et per
præsentes vendimus in eadem villa Jablonka lo:
can Scultetiam alias kmiastwo, Insuper damus
illi et eidem Scultetiæ adiungimus aream
duas integras in ipsa villa Jablonka, et tertiam
aream in campo sine solitudine illi emensuran:
Et de datijs nostris eiusdem villæ tertiam par:
tem, post expiratam libertatem, Ratione cuius ter:
tiæ partis dationis, iste idem Scultetus tenebitur
annuatim ad Thesaurum nostrum pro stationem
duos florenos pecuniarum Polonicalium solvere,
Coloni etiam eiusdem villæ, more aliorum incolarum
Valachiorum eidem Scultetto singulatim, vnum
arare, alterum metere et tertium falcastra:
re diem, Tortasqꝫ et alias res pro consuetudi:
ne Valachica dare et præstare singulis annis
tenebuntur et erunt obligati. Præterea ad:
mittimus eidem Jarzkoni Kraimk et eius legiti:
mis successoribus Scultetiam prædictam ac no:
vendinum extruendum cum omnibus et singulis fru:
ctibus, prouentibus, et obuentionibus vniuersis, agris,
pratis, hortis, arcis, hominum labo ribus Scultetis

præstari solitis, et alijs generaliter dicte Scultetie
vtilitatibus et prouentibus, tenen, haben, quiete
et pacifice possiden, ac in vsus nos beneplacitos
conuerten, Nostro tamen vel successorum ad id con-
sensu accedente. De gna quidem Scultetia ipso Jaro-
sko et ipsius legitimi successores tempore belliq ex-
peditionis tenebitur in Castro nro Samborien(si) ser-
uitia obire, et alia onera iusta consuetudinem et
debitum aliorum Scultetorum, iussus supremum no-
strum, quod nobis et nostris successoribus in eadem
Scultetia salutem et illesum reliquimus. In cuius te-
stimonij harum quibus sigillum nostrum est subap-
pensum. Datum Varsauie Sabbato die mensis
Januarij. Anno Domini Millesimo. Quingentesimo.
Quinquagesimo quarto. Bona Regina Vt
supplicationi nos benigne animentes, easdem bras no
suspectas, nullaqs in parte violatas, sed sanas, sal-
uas, omniqs suspitionis nota carentes, approbamus
et confirmandas duximus; presentq approbamus et
confirmamus p(rae)fatis tris nostris, ipsumqs Steczko-
nem Czemieczki in possessione eiusdem Scultetie, ac
omnium ad eandem Scultetiam pertinen, ad vite
eius extrema tempora conseruamus: Promitten-
tes pro nobis Successoribusqs nostris, nemini nos po-
testatem facturos, dicta(m) Scultetiam de manibus
ipsius Steczkonis Czemieczki redimendi, sed neqs nos
ipsi pro mensa, fisco, aut aliqua necessitate nostra
redimemus. Mortuo tamen ipso, predicta Scultetia
solutis summis pecuniarum in eadem Scultetia legi-
time inscriptis, ad nos pleno iure redibit. Juribus no-
stris inhibemus in eadem salvis permanentibus semper.
In cuius rei fidem sigillum nostrum p(rae)sentibus est
subappensum. Datq Petricouie in Comentu Regm
generali die Nona Mensis Maij. Anno Domini.

Millesimo q̃ingentesimo Sexagesimo Septimo, Regni
vero nostri anno Trigesimo octano. Petrus Myssko=
sky R.P. viecancellus ꝑ Regio Ronchi Petri Myssko=
sky Regni Polonie viecancellarij, Decani Cracovien,
Gnesnen, Plocen, Lenicicien ꝯ Prepositi. Posterio=
rum vero trarum tenor sequitur talis. Stanislaus
Sterborth de Fulstin Castellanus Leopolien, Sam=
borien ꝯ Capitaneus, Terrarum ꝯ Russie Prepa=
rius, Presentibus notum facio, Ortam fuisse con=
trouersiam inter Nobilem Steczko Germeczki mje=
blonka ex vna, et prouidum Sienko Matsenka in
Thureczki, Scultetos, ex altera partibus, Occa=
sione agri emergentis alias obstarn in fine eiusdē
ville Thureczka, in flumio ibidem destinand cō=
sistend, et bonis Scultetie eiusdem ville Jablonka
adiacen; quorum Scultetorum vterq; agri hmus=
modi emergend pro se vsurpabant; verum quia ego
rei veritatem inuestigare volens, ad differentias
hmusmodi fundi pradicti destrendens, ex testimo=
nio hominum senum fide dignorum certo edoctus,
agri hmusmodi emergentia alias obstar ad bo=
na ville Jablonka antiquitus pertinere. Proinde
eundem Nobilem Steczkonem Czermeczki circa
agri ipsius emergen conseruandum duxi, vbi et
conseruari, agri ipsius emergen ad bona Scultet=
tie sue in villa prefata Jablonka applicari; De=
creui insuper eundem Sienkonem Matsenka in
Thureczki Scultetum nihil iuris ad agri ipsius
emergen habere. In cuius rei euidentius testi=
monium sigillum meum presentibus ad imprimi
iussi. Datum in Curia Samboriensi feria Se=
cunda ante festum Sancte Lucie proxima
Anno Domini Millesimo, quingentesimo, Septuagesimo
Septimo. Jolem qui supra manu propria

NOS itagne STIphanus REX prenominatus, supplicationi eorundem benigne annuentes, tras supascriptas, ratas, gratas, firmas habeni, in omnibus eius punctis, articulis, clausulis et conditionibus approbam, ratificam et confirmam esse duximus; pront approbamus, ratificamus et confirmamus per presentes, Ipsumgs Stezhonem Czerniezhj in prefato agro emergentia alias obstaru superius nominato, ad extrema vita illius tempora conservamus, Eidegs in prefato agro molendinu ac tabernam extruere ac hortulanos nonnullos locare concessimus, ratione quorum nobis servicia ad bellicu expeditione spectantia in Castro Samborienti prestare tenebitur, Incibus nostris ibidem salvis permanentibus, In cuius rei fidem manu nostra propria subscripsimus, et sigillum nostrum appendi iussimus. Datum Leopoli feria Sexta ante festum Sancte Trinitatis Anno Domini M° D° LxxX° Octauo. Regni vero nostri anno Tertio. ——

Stephanus Rex

Confirmacio priuilegiorum super villa Bolesa in dicta Colonia

v.g. Stephanus Dei gratia Rex Polonie, Significamus his litteris nostris quorum interest vniuersis et singulis earum notitiam habituris. Productas et monstratas fuisse coram nobis, nomine Nobilium Berezhinskich

litteras infrascriptas, Dñi nri Vladislai Regis Poloniæ
antecessoris nostri laudabilissimi, in charta membranea
conscriptas, et sigilli minoris Regni appensione munitas;
Ac aliud item diploma, etiam in charta membra-
nea scriptum et binis sigillis appensis gnogne signa-
tum: vtraqꝫ integra, non viciata, omniqꝫ prorsus
suspitione sinistra carentia, Quæ vt innovare, at-
gne autoritate nra Regia approbare et confirma-
re dignaremur, supplicatum nobis simul fuit.

Ac illarũ gnãt priorum hãrum verborũ series ista fuit

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriã.
Cum inter humanæ naturæ commoda nihil dignius
memoriæ habeatur; oportunum exisit, vt actus ho-
minum hãrum apicibus et testium annotatione per-
hementur, ne lapsu temporis evanescant. Proinde
nos Wladislaus Dei gratia Rex Poloniæ, necnõ
terrarum, Cracoviæ, Sandomiriæ, Syradiæ, Lanci
ciæ, Cuiaviæ, Lithuaniæqꝫ Princeps supremus, Po-
meraniæ Russiæqꝫ Dominus et hæres &c. Significa-
mus tenore præsentium gnibus expedit universis
sis præsentibus et futuris præsentium notitiam habi-
turis. Quod sollicita consideratione perpendentes
gnæ fidei constantiã, et gratæ fidelitatis studiosa ob-
segnia, gnibus Nicolaus Frawenstetter advocatus noster
Colmiensis fidelis dilectus, nobis complacuit, et in posterũ
aucto fidelitatis studio poterit præstantius complacere.
Horum intuitu volentes ipsum specialiũ gratiarum pro
segni favoribus, et ad nostra obsegnia continuo red-
dere promptiorem, sibi villam nram Brjesa in Distri-
ctu Colmiensi sitam, prout in suis metis et gramiꝭs
longe lateqꝫ et circumferentialiter est limitata
et distincta, et specialiter cum distinctione istarũ
gramiarum et limitum. Primo incipiendo limi-
ter ipsius a summitate flumnis Wala dicsursa

per descensum vsq3 ad montem Petrathka: et vltes
us iterum descendendo per fluuium predictum Ma
la diserosa vsque ad montem Stikulincz. Demum item
de Mikulincz ad fluuium Pruth parvum procede:
do, qui Pruth limites eiusdem ville Brzesa termina
bit. Necnon cum omnibus eiusdem ville vtilitatibus,
fructibus, censibus, redditibus, proventibus, in=
proprietatibus, agris, pratis, campis, dyluis, gaiis, me=
ricis, nemoribus, mellificiis, venationibus, aucupatio=
bus, montibus, monticulis, vallibus, collibus, agris, flu=
uijs et aquarum decursibus, piscinis, piscaturis, mole=
dinis et emolumentis, ac ciuis pertinentiis, coherci=
tijs et appendentiis vniuersis, ad ipsam villam spectā=
tibus, damus, conferimus perpetuis temporibus et dona=
mus. Pro ipsum Nicolaum Frawenstat eiusq3 hered=
des et successores legitimos, tenendu, habendu, vti=
fruendum, Necnon vendend, commutand, obligan et
in vsus suos suorumq3 successorum beneplacitos co=
uertend, ac etiam perpetuo et pacifice possidend. Ra=
tione cuius donationis, idem Nicolaus Frawenste=
ter cum sit heredibus et successoribus, ad tres
las vias expeditiones cum duobus sagittarijs nobis
et nostris successoribus seruire tenebitur et de=
bebit. Jta etiam, quod circa expeditiones domesti=
cas, vt pote circa defensionem terre, cum omnibus
hominibus nobis et nostris successoribus seruire sint
astricti. Et quod etiam omnes contributiones la=
boresq3 quibuscunq3 nominibus vocitentur, que
antecessoribus nostris Ducibus et Principibus
terre Russie et possessoribus ipsius tolni solita
sunt, nobis per Cmetones et incolas predicte ville
Brzesa efficaciter exoluantur. Harum quibus

sigillum nostre Mtahs appensum est testimonio hrarum.
Actum in Lambrga feria tertia die omnium Sanctorum. Anno Domini Millesimo quadringentesimo Duodecimo. Presentibus his venerabili in christo patre Domino Nicolao Sancte Cracensis Ecclesie Archiepiscopo. Necnon Validis Stremisgs viris Petro de Pridomio Dobrimenti, Jwano de obirhow Stramenti Castellanis, Jacobo de Botrzjow Magistro Curie Regnalis. Joanne de Cgijrupna et Andrea Cziolek Capitaneo Haliciensi, Multisgs aliis nostris fidelibus fide dignis. Datum per manus Honorabilis Domini Prepositi Sancti Floriani ante Cracoviam Regni Polonie Vicecancellarij. Relatio domini Mansijkonis. Alterius vero supramemorati diplomatis tenor de verbo ad verbum ita habet: Noverint vniversi ac singuli presentes et postea presentim notitiam habituri - Quod ego Nicolaus Freijsterstadt oratus Colomiensis, cum filia mea Catherina relicta Jurga Scheler, cum suis pueris vogt Nicolone, Stanlone Nigone, Jrclone filijs, et Katrina cum Gela filiabus eiusdem, villam meam Brjesca in districtu Colomiensi sitam, prout in suis metis et gramicijs longe lategs et circumferentialiter est limitata et distincta, et specialiter cum distinctione istarum gramicierum et prouentibus. Primo incipiendo limites ipsius à limitate fluminis Waladisc Jensa per descensum vsgue ad montem Petratzka, et vltra eius iterum descendendo per fluvium predictum Waladisc Jensa vsgs ad montem Mikulincz. Demum iterum declinando ad montem Mikulincz ad fluvium Prutz parum procedendo, qui Prutz vlterius limites eiusdem ville Brjesca

terminabit, Necnon cum omnibus eiusdem ville vtilitatibus, fructibus, censibus, redditibus, proprietatibus, agris, pratis, campis, sylvis, montibus, vallibus, aquis, fluuijs, piscinis, Molendinis, ac pertinentijs cohęrentijs et aspendentijs vniuersis, ad ipsam villam spectantibus, quibuscumqȝ nominibus censeantur. Cum matura deliberatione et sanitate mentis et corporis venditionimus, vite et rationabiliter, nichil penitus nobis in posterum iurisdictionis in ipsa villa reservantes, Nobilibus viris, Schandro, Stánkoni et Waskoni et eorum liberis et successoribus legitimis ipsorum in eternum et irrevocabiliter, temporibus perpetuis, per ipsos tenendam, habendam, possidendam, vendendam, resignandam, alienandam, et secundum ipsorum beneplacitum in vsus convertendam, omni cum iure, libere et pacifice, secundum quod in Chyrographo Serenissimi Principis et Domini. Domini Wladislai Dei gratia Regis Polonie est expressum. Insuper Strenuo viro Wlad Capitaneo protunc Colomiensi cum terrigenis districtus eiusdem pro iudicio terrestri sedente, ego prefatus Nicolaus Freijsteter cum filia mea Catherina et pueris ipsius memoratis eandem villam Brzesta coram ipso Wlad Capitaneo in iudicio terrestri totaliter et integre resignaui, prefatis viris Sedzimiro, Stańkoni et Waskoni cum ipsorum liberis in tempora eniterna. Ad hinc rei euidentiam et robur perpetuo duraturum, meum et filie mee sigilla presentibus sunt appensa. Actum et Datum in Colomija Anno Domini Millesimo, quadringentesimo decimo nono. Presentibus, Strenuo Wlad Capitaneo prefato, Stecko de Delatin cum suo

fratre Jwaskone, Swanskone de Bialolnz, Klimaskone de Sablotwo, Doblone Justiciario Haliciensi, viris nobilibus, Poddimmikone Regali Pdame, Jwchone Cossena, Borijssone Dobeslawssky, Benkone Szymakowssky, Panasone de Olebiczyn, Gerkone de Snowidow, Andreikone de Knesedwor Odolcomis filio; et aliis quam plurimis fide dignis. Datum Sabbato Septuagesima per manus Notarij Ciuitatis. Nos itaque Stephanus Rex supplicationi memorate nobis facte benigne annuentes, premissas Uras in omnibus earum punctis, clausulis, articulis et conditionibus, autoritate nra Regia, quantum per leges publicas licet, et sicarum Uarum usus habetur, approbandas et confirmandas esse duximus; vnde easdem per presentes Uras nras approbamus et confirmamus; atque easdem robur et pondus suum iustum et debitum retinere debere decernimus. Harum testimonio Uarum quas nichilominus premissorum manu nra subscripsimus et sigillo Regni nri minori mdauimus. Datum Leopoli die vigesima quarta Mensis May Anno Domini Millesimo quingentesimo Septuagesimo octauo Regni nri octauo.

Stephanus Rex

Confirmatio priuilegij
Sacerdotum ritus gr̃ci ex
Capite Premisliens.

v.f.

Stephanus Dei gratia Rex Polonie, &c Significa-
mus his literis nostris quorum interest vniuersis et sin-
gulis earum notitiam habituris. Productas et no-
stratas fuisse nobis, nomine presbiterorum fine sa-
cerdotum ritus Græci, ex Capitaneatu nostro Premy-
sliensi, literas Divi Sigismundi Augustæ Regis ante-
cessoris nostri laudatissimi, in charta membranea
conscriptas, et manu Francisci Krasinskei Regni Vi-
cecancellarij subscriptas, sigilloq3 armori Regni muni-
tas, integras, non viciatas, et omni suspitione sinistra
vacuas; Supplicatumq3 simul nobis fuisse, vt eas
ipsas Tras autoritate Ma Regia approbare et
confirmare dignaremur, Earum vero tenor de
verbo ad verbum iste fuit. SIGISMVNDVS
Augustus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux
Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masouiæ, Samogitiæ &c
dominus et hæres, Significamus præsentibus litteris
nostris quorum interest vniuersis et singulis, Sup-
plicatum nobis esse nomine Religiosi Vassil Popo-
nis de Pozdziacze, vt Tras inferius descriptas in
Actis Cancellariæ Mæ gneri, repertasq3 describi,
ac sub sigillo nostro appenso extradi mandare di-
gnaremur. Quarum Trarum tenor sequitur et est
talis. Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Po-
loniæ, magnus Dux Lithuaniæ Russiæ, Prussiæ, Ma-
soniæ Samogitiæ, &c dominus et hæres. Significa-
mus præsentibus Tris nostris quorum interest vni-
uersis. Quod cum per imprudentiam Sacerdotes Præ-
mislienses Græce religionis, quos vulgo Popones ap-
pellant, Tras Divi olim Casimiri Regis Poloniæ, in
quibus libertas et immunitas eorum erat descripta,
perdidissent, vsu venerat vt Capitanei Premislien

bona Sacerdotum mortuorum, in gleebis hæredibus, sibi assistere[n]t, ad insuetam ꝯ contributionem sine onera, illos adigerent. Quoniã autem Magnificus Petrus Kmitha habitorum bonorum, declinasset nobis grave testimonium, eo innixi, tandas illis esse deinceps has brãs non dubitauimus; damusq; et concedimus; scilicet, quod nemo Capitaneorum Premisliensiũ, bona Sacerdotum mortuorum, quod vulgo odomorczyzny vocant, vsurpare sibi seu adsistere debeat, neue in eorum quid contributionis seu datiarum vt vocant nomine, praterquam statuto consuetudinem, aut generalem contributionem statuere, ab eisq; exigere audeat, Quod omnibus Capitaneis Premisliensibus tum existentibus, denunciamus et mandamus, vt Sacerdotes hos ea mã libertate et prærogatiua frui permittant, ab eisq; contra veterem consuetudinẽ nihil extorqueant. In quorum fidem has brãs nostras fieri, et sigillum nostrum pendens est appensum. Datũ Cracouiæ feria sexta post Conductum Paschæ Anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo tertio. Regni nostri vigesimo quarto.

Ad mandatum venerabilis Ioannis Przerembski Regni Poloniæ Vicecancellarij et Cracouien Præpositi
Nos itaque supplicationi eiusmodi benigne annuentes, brãs præmissas ut præfertur nostris regestris, ex eis describi, atq; authentice extradi mandauimus, illisq; fidem ubique habere volumus, non secus, ac si originales essent, In cuius rei fidem sigillum nostrum pendens est appensum.

Datt Lublini die Decima octaua Mensis Julÿ Anno Domini Millesimo, quingentesimo sexagesimo Nono Regni nostri quadragesimo. Franciscus Crassinsky Regni P. vicecancellus Mpt Pro Pro Pendi Francisci Crassinskÿ Praepositi Plocensis, Archidiaconi Varsoviensis et Regni Poloniæ vicecancellarÿ. Nos itaque supplicationi memoratæ nobis factæ benigne annuentes, tum rei quoque ipsius dignitate adducti, præinsertas Lras in omnibus earum punctis, clausulis, articulis et conditionibus, autoritate nostra Regia, quantum leges publicæ Regni nostri permittunt, et si præfati Sacerdotes ritus Græci in usu earum sunt, approbandas et confirmandas esse duximus: vti tenore præsentium has Lras approbamus et confirmamus: atque etiam decernimus et statuimus illas robur et pondus summum iustum et debitum obtinere debere. In cuius rei fidem præsentes manu nra subscripsimus et sigillo Regni nostri munire mandauimus. Datt Leopoli die xxiij Mensis Maÿ Anno Domini Millesimo quingentesimo Septuagesimo octauo. Regni nostri Tertio.

Stephanus Rex Mpt

Contubernium seu fraternitas Textorum Buscen confirmatur.

Stephanus Dei gratia Rex Polonię &c Significamy &c
vj. Quod gnem admodum Seremissimus Rex Sigismūdus Augustus antecessor noster Constitutionem Contuberny seu fraternitatis Textorum in Civitate Buscensi, articulos gs per eosdem textores editos Leis Suis Specialibus Sublimi in Comentu Regni gnali die Duodecima mensis Junij Anno domini Millesimo, gningentesimo Sexagesimo Sexto datis, confirmauerat et ratificauerat, ita cum ea ipsa Confirmationis Lra coram nobis esset producta, Supplicaretur gs nobis, vt easdem autoritate ma approbaremus et confirmaremus, ac certos in eis articulos plenius et uberius explicaremus, Nos assensi eiusmodi Supplicationi vti iustę, primum gridem eas ipsas confirmationis Seremissimi antecessoris nostri Lras, quas ob earum prolixitatem non putamus prolibus esse inserendas, datas Sublimi die et anno, vti supra exp'ssum est, approbandas, ratificand et confirmand esse duximus; approbamus gs ratificamus et confirmamus, Decernend Contuberniū predictorum textorum, articulos gs illius, quatenus Juri communi libertatibus gs Nobilitatis non repugnent, robur gs atgue pondus perpetuum habere debere, nec à gnogna inferiori aut labefactari posse, Et gnoniā Contuberny istius constitutio, magistrorum gs et discipulorum illius existimatio clenatur, plerung ab exteris, hoc est aliorū Ciuitatū eiusdem generis Contubernijs et magistris contendentibus, non esse eos pari Jerum iure atgs artificio illorum derogari, Ideo declarand hanc Contuberny p'dicti Textorū

m Ciuitate Bustensi Constitutionem ab antecessore
nostro confirmatam, statuimus et decernimus eos
ipsos textores, Magistros vrgt et eorum socios discí-
pulos q3 apud ipsos coedoctos, eiusdem Juris existima-
tionis q3 esse debere, qua aliarum Regni Ciuitatum
textorum Contubernia habentur, nec artificio illorum
socijs q3 ac discipulis á quoquam, tam Contine quod
externo derogari posse. Qui vero temere id ausi
fuerint in cos panam quadraginta Marcarum argé-
ti constitutam esse volumus. Ita vt pars illius di-
midia fisco nostro cedat, reliquum ipsi textorum
communitati. Deinde vero statuimus, vt nemo in Ciui-
tate illa et extra, ac sub arce etiam ma Bustensi,
qui Contubernio hoc non contineatur artem predi-
ctam exercreat, vsu tantum et necessitate artis ex-
cepta. Qui vero ausi id fuerint, eorum supellectilis
ac instrumenta textoria á magistris Contuberny,
adiuncto magistratu recipi, et in vsum hospitalis
converti debent. Item ne alienigenæ hoc est alia-
rum Ciuitatum et oppidorum molæ fila in Ciuita-
te eadem emere audeant, secus facientibus, fila
recipiantur, et in vsus hospitalis convertantur. Quæ
omnia et singula firma atq3 rata esse volumus tem-
poribus perpetuis, ac in omne æuum Jdq3 ad notitiam
Magistratibus tam Castri quam Ciuitatis ma Bustén
deferend mandamus, vt Constitutionem Contuberny
prænominati, prærogatinasq3 illius, ratas habeant,
eaq3 et ipsi quatenus eorum interest obseruent, et
obseruari ab omnibus curent. In cuius rei fidem &c
Datum Leopoli die xxv Mensis Maij Anno Do-
mini M° D° Lxx° vij° Regni nostri Tertio.

Stephanus Rex

Abdicatio administracionis Liuoniae ab Illmo Joanne Gotthardo

v.k. Stephanus dei gratia Rex Poloniae et Significa-
mus tenore praesentium omnibus et singulis praesen-
tibus et futuris horum notitiam habituris. Compe-
tum habentes quod Illustris ac Magnificus Joan-
nes Godleiewicz, Comes in Szkłowo et Mijssa, Castel-
lanus Vilnensis, Capitaneus Samogitiae, Archi-
marschalcus terrarum Lithuaniae, Administrator
Liuoniae, Capitaneus Cauuen, Comitiacus Thu-
rowien &c Cum primum à Serenissimo olim Sigi-
smundo Augusto Rege inclytae memoriae praedece-
sore ad administrandae Liuoniae munus insce-
pisset, oblatam sibi occasionem per quam patriae
suae charissimae omnibus ornandae causa potissimum
natum se esse iudicaret gratificaretur, gaudens,
si id sedulo incubuit, vt prouinciae illa mutantem
adhuc et fadere tantum quodammodo conuenientem
Lithuaniae adhaerentem, membrum eius efficeret,
magis sub ditionem eius perduceret. Tantum in ea re
operae, studio, ac vigilantiae suae operepraetij fe-
cit vt id quod voluit effectum reddiderit, Liuo-
niamque Lithuaniae corpus redactum ad vnio-
nem quoque vna cum ea cum Regno Poloniae incunda,
persuaserit. Tum vero deinceps totum se ad augen-
dam conseruandamque eadem contulit, omnia quae

pacis bellig̃s tempore salutaria videretur tempesti-
ue prouidens ac disponens. Cumg̃s multa quæ ad melio-
rem eius statum componendū pertinere viderentur, de-
tere consuetudine paululum immutata ordinasset, tum
verò in auertendis externis periculis, omne studium ac
diligentiā omnem impendendā sibi duxit. Qua in re
quam strenuè ac viriliter se gesserit, neg̃s vllum Du-
cis pariter ac Militis officium prætermiserit, docent id
expeditiones eius toties in eā Prouinciā non sine im-
pēsis et laboribus immensis susceptæ, toties manus
cum hoste consertæ, vtg̃s Moscorum agmina sæpe
numero fusa, cæsa et dissipata taceantur, illa cer-
tè celeberrima de Succorum copiis profligatis rela-
ta victoria, maximo est militiæ eius nauiter tracta-
tæ argumento. Postea dissimilis illis ac inauspicatis
interregnorum temporibus intercedentibus Rege Sigi-
smundo Augusto è viuis sublato primum Henrico dein-
de discedente, quam illa Prouincia præ cæteris eiā
omnibus periculo vicina fuerit, inuitā cernere facile est.
Eius tamen indefesso studio, vigilantia, ac dexteritate
ad nr̄a vsq̃s tempora, quibus Diuina prouidentia ad
Regni huius fastigium feliciter euecti sumus, salua ac
incolumis in mediis hostium fluctibus conseruata est.
Post faliciā autem Regni huius auspicium, gratem eam
maiorū nr̄orum Serenissimorum olim Regum ęuo fuis-
se accepimus, talem certe ipsimet experti sumus, ita
enim illas artes quibus et foris bellum domi pacem augmen-
tur, et domi boni patriæ amantis prudentissimiq̃s Ciuis
nomen æstimetur, abunde nobis comprobauit, vt non
frustra de eo tantā spem concepisse intelligeremus.
Non multo enim post cum Moschus Regni huius hæreditā
rius hostis ad omnes occasiones intentus, nos perduellibq̃

Gedanenſibus dom anchis ad officium mgß compellendis oc:
cupatos ſentiens, opportunam tempus aduenisse ſibi ra:
tus, quo in ſubditos noſtros ſeuiret ac crudeliter deba:
bacretur, impreſſionem ſibi in Liuoniā prater data
acceptamgß fidem faciendā eſſe duxit; non inter:
miſit tunc Magnificus Caſtellanus Vilnenſis quod
ſui erat officij abunde implere, Statim enim aduen:
tum illum hoſtilem praſagiens, quanto apparatu illū
molliatur, quantumgß in depericuli Liuoniā immineat
certiores nos fecit. Nec mora poſt habita omni ibi:
nexis moleſtia et difficultate properē ad nos in Ca:
ſtra ad Gedanum venit, idemgß coram petijt, ac
quā ex re futura eſſe viderentur plurimus docuit
ac commemoranit, Sed quoniā temporis illius ratio:
ne habita, caſtra illa minimè deferenda nobis eſſe
videremus, certa à nobis inſtructione accepta in Li:
thuaniā reuerſus, tota illius ordē Nobilitate adar:
ma excita hoſti obuiā iuit, quam properē ac feli:
citer euentus docuit. Hoſtis enim quam primum co:
ſtras oppoſitas ſibi eſſe didiciſſet, metu trepidare,
ac de reditu non abſimili fugæ conſilium inire coa:
ctus eſt, quo abeunte ad arces partim dolis Duc is
Magni, partim vltroneā per terrorem oppreſſa
deditione occupatas recuperandas animū actie:
cit, Negß hic etiā fortuna quæ cæptis audacibus
aſſpiare conſueuit deſuit; eodem enim curſu vnde:
cim ex illis, hoc eſt Wenden, Erle Fuentzel, Lem
zel, Roy, Nitaw, Jurgenburg, Bebel, Kriel, Kewin,
Zerben hoſti fortiter eripuit, in gß libertatem aſſe:
ruit ac vindicauit, Maiora etiam facturus niſi fa:
torum inignitas rebus mortalium minimum inuida

obstitisset, Ecce enim in mechia victoria dum hostem
insegni, semitioragß Luiomia penetrare ac imadere pro-
peraret, scena vis morbi corripuit, totumgß robur cor-
poris antea inuictum miserè prostrauit, adeò vt nisi so-
lius Dei beneficio vix vngua reparari posse videatur.
Quantùm tamen tunc quogß præstare potuit præstitit.
Cum enim hostem tanto suo suctassu dolentem ac velut
Wenden copias admonere, viresgß suas in recipienda
ea periclitari velle accepisset, tali præsidio in pun-
cto temporis confirmauit vt postquam hostis adue-
set, irruptionemgß facere tentauisset, fortiter ali-
quoties non sine ingenti suorum strage reiectus, eru-
ptionegß facta profligatus, impedimentis omnibus
amissis ad paucos redactus retrocedere coactus sit.
Sed morbo non modo non remittente, sed in dies ehia
scente, seipsum vir honestissimus intuens, cum non
animum, non voluntatem, non studium ad opera forti-
ter prouinciæ illi fidem suam imploranti, sed vires
deesse sibi circumspiceret, cedendu tandem impor-
tunitati fatorum, segß eo onere exuendum constituit.
Prudenter sane ac piè semel secum perpendens eousgß
ambiendos gerendosgß esse honores, quibusgß Reipu-
blicæ vtiles ac salutares esse videantur, Omnegß vi-
tæ honestæ institutum publicæ rei emolumento ac om-
plitudine metiendum esse. Iotgß præclaro mili-
gnid olim stercum exemplo, qui negnid Reipublicæ
incommodarent vltro sese Magistratibus abdicarent.
Sponte igitur sua ad nos Leopolim venit, segß ea cura
et onere administrandi Luiomiæ solii, ac veluti eme-
ritum militem tot trophæis ac triumphis quousgß per
vires licuit exornata patria rudi iam donari petijt

Quod etsi non sine graui animi nostri dolore ac per-
turbatione acciderit. Si quando enim unquam maxime
prouincia illa praesentia eius indigere videbatur. Sed
quid faceremus? ipsimet legatis huius impedimenti rationē
expendentes candore hoc optimi ac praestantissimi vi-
ri collandato qui malle se officio carere quam prouin-
ciae illam in discrimen aliquod causa sui adduci du-
xerit, aegrissimis praecibus eius ammendum ac aegre-
ferendum eumq3 eo munere ac onere solnendu esse
existimauimus, praesentibusq3 absoluimus, ac à munere
administrationis huiusmodi liberum ac immunem facimus
ac praestamus. Clementiae ac beneuolentiae nrae be-
nigne ipsi offerentes horum meritorum ab ipso prae-
decessoribus nris, nobisq3 ac Reipublicae praestitorum
nunquam nos memoriae ex animo deposituros, sed con-
digna rationem habituros, pergq3 occasionem omnem
parem grata relaturos esse. Hoc etiam praemuniri-
ter praesentibus cautum esse volumus, ut omnia quae
Magnificus Castellanus Vilnensis commune actumi-
strandae huiusmodi fungens fecerit, ordinauerit, ac
disposuerit, et quaecunq3 audacia, fro ma autoritatis ac inuris-
dicendi facultate tenore priuilegii sui sibi à Serenissimo
Rege Sigismundo Augusto super officium illud actumi-
strationis concessi, exercuerit, decreuerit, ac in exegnu-
tionem perduxerit, à nobis et successoribus nostris, ra-
ta grataq3 habeantur. In quorum omnium fidem ac
testimonium euidentius, praesentes has manu nostra
subscripsimus et sigillis, Regni nostri, et Magni Du-
catus Lithuaniae communiri fecimus. Datae Leopoli
ipso die Sanctissimae Trinitatis Anno Domini Millesi-
simo quingentesimo Septuagesimo Octauo. Regni
vero nostri anno Octauo. Praesentibus tunc,

Rsmo in Xpo patri, Gratibus, Magnificis, Generosis
Rgnolo et Venerabilibus, Senatoribus nris; Joanne à
Primo Dei gratia Archiepiscopo Leopolien, Eustachio W-
lowicz Castellano Trocen, Magni Ducatus Lithuaniæ
Procancellario, ac Brestен Cobrinengs Capitaneo, Hie-
ronimo Sziemianski, Palatino Rnssiæ, Haliczen Colomiengs
Capitaneo, Nicolao Talwoss Samogitiæ, Dmembrr-
gen Capitaneo, Bergamengs Præfecto, Joanne Herbort
de Fulstin Leopolien, Cerrarum Ruthiæ Zupparcio,
Samboriengs Capitaneo, Sigismundo à Gijon Belsensi,
Nicolao Sziemianski Camenecen, Capitaneo Exercitum
Regni Campestri, Striyengs Capitaneo, Stanislao Sta-
domizki à Zmigrod Sandecrensi, Castellanis, Joanne
Zamoiski de Zamosczie Regni nostri Cancellario, Bel-
sensi, Kmiecichinen Famerhengs Capitaneo, Joanne Bo-
rulcowski de Belino Præposito Lancitien, Decano Var-
schonien, Canonico Cracovien, ac Regni nostri Vice-
cancellario, Hieronimo Comite à Rozdrazow, Plocens
Vratislavien Præposito, et Regni rei maiore de-
cretario, Stanislao Ostrowski Referendario Regni, Præ-
posito Sandomirien, Canonico Cracovien, Venceslao
Agrippa Magni Ducatus Lithuaniæ Notario, Joanne
Demetrio Solikowski, Wladislavien Lancicengs Scho-
lastico, Matthia Klodzinski, Archidiacono Me-
dinensi et Canonico Cracovien, Joanne Tarnawski
Wladislavien Crucsvicengs Præposito, Thoma
et Joanne Drohojowski, Stanislao Lodomizki, Consi-
liariis et Secretariis nostris, Bernhardo Ma-
cgiejowski Curiæ Regni nostri Vexillifero, Stanislao
Krasnizki Dapifero terræ Leopolien, et Curiæ
nostrorum Præfecto, Aliisq gnam plurimis Secre-
tarijs, Dignitariis, officialibus et Aulicis nostris, Sjne-
donor et fidelibus nobis dilectis. Datq per manus

præfatorum Magnificorum Joannis Famoissij de Famost die Regni nostri Cancellarij, Belzensis Kmyscbinensis Famerdensis gq nostri Capitanei, et Eustachij Wolowicz Castellani Trocensis, Magni Ducatus Lithuaniæ Procancellarij, Brestensis Cobrinensis gq nostri Capitanei. Synceræ nobis dilectorum

Stephanus Rex mpp.

Confirmatio constitucionis limitum inter bona Ogrodna villasq; et villas Hinca et Wasiliski.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ &c Significamus tenore præsentium quorum interest universis et singulis earum notitiam habituris, Quod nuntias et monstratas fuisse coram nobis litteras infrascriptas in membrana conscriptas, sigillis Commissariorum infrascriptorum munitas, manibusq; eorum propriis subscriptas, Constitutionem limitum et finium inter bona nra Regalia et villas certorum Nobilium hæreditarias inferius specificatas, in se continentes, integras non vitiatas, nulli prætera similes suspitioni obnoxias: Supplicatumq; nobis simul est, ut eas ipsas tras authoritate nra Regia, approbare, confirmareq; dignaremur. Earum autem tenorem

v.g.

tenor de verbo ad verbum sic habet ACTA
sunt haec in loco campestri Gramiciali circa fluvium Bron=
miga, et rivulum nuncupatum Krzyżowy, incidem in flu=
vium Bromiga, et hoc inter bona Sacrae Regiae mtatis
Ostimina, Nidzroie dza, Bromicza et Jakubowa Wo=
lia, tenuta pro tunc Gnosi Petri Herborth de Ful=
Sztyn ex una, et inter bona villarum Sniatynka et
Wolia Warzowska, Generosorum Joannis Ramulth
et Christophori ac Matthiae Taranowskich, tum
patris et tutoris ipsorum, hereditariis partibus ab al=
tera, penes parietem bonorum Regalium villae Le=
Snia, tenuta Gnosi Stanislai Starzechowsky Sucra=
meratij Leopoliens, vigt feria quarta post festum
Sancti Lucae Evangelistae proxima, Anno Domini
Millesimo, quingentesimo, Septuagesimo septimo.
Coram Magnificis ac Gnosis, Stanislao Hladnicky
de Imigrod Sandecen, Anuto Kormanicki de Kor=
manicze Gechomien Castellanis, Paulo Koritsko
de Pohorze Succamerario terrestri, Joanne Brie=
chowsky de Briechow Dapifero Praemislien, Joanne
Jacobo de Pleschowicze Tribuno Somboc ien, Hie=
ronimo Smielieczky de Smielich Subiudice Prae=
mislien, Commissariis per Sacram Regiam Mtatem
datis et deputatis. Praefatibus Magnificis et Ge=
nerosis ac Nobilibus, Stanislao Herborth de Ful=
Sztyn Castellano Leopolien, Stanislao Starzechow=
sky de Starzechowicze Succamerario Leopolien, Ca=
simo Barzy de Blozew, Andrea Jaskmanicky de
Jaskmanicze, Jacobo Orlowsky Vicecapitaneo Sá=
boc ien, Andrea Blazowski de Blazow, Anuto Gro=
chowsky de Grochowice, Stanislao Krzechowsky

Stanislao ostrowskj. Et alijs quam plurimis fide
dignis. Coram quibus Commissarijs Gnosi Jo:
ames Ramultt et Christophorus et Matthias Tha-
ranowskjj cum patre et tutore suo, exhibuerunt
Commissionē Sacrae Regiae Mtatj, sub tali tenore ver-
borum ingressum: Solitam STEPHANVS
Dei gratia REX Poloniae, magnus Dux Lithuaniae,
Russiae, Prussiae, Masouiae, Samogitiae qs, ac Noui
Princeps Transylvaniae. Magnificis et Gnosis
Hieronymo Siemianowskj à Siemiana, Palatino Terrarū
Russiae, Haliciensi Colomiensiqs Capitaneo, Stanislao
Drohoiowskj de Drohoiow Praemisliens, Anto-
mamizskj de Kormamize Gerbomens, Stanislao Sta-
domizskj de Emigrod Sandecens Castellanis, Pau-
lo Korithko de Pohorze Succameratio Praemisliens
aut eius Camerario Joanni Bieÿkowskj de Bieÿ-
kow Dapifero Praemisliens, Joanni Fredro de Ple-
schowice Tribuno Samboriens, Alexio Crassickj
Tribuno Praemisliens, Hieronymo Smielieckj de
Smielieck Subiudicibus terrae Praemisliensis, Sÿncere
et fidelibus nobis dilectis, gratiam nram regiam.
Sÿncere et fideles dilecti. Intelleximus exortas
esse differentias occasione limitum, inter bona
nra regalia Oppida, tenuta Gnosi Petri Her-
borth de Gulstin, et villarum ad ea bona per-
tinentium, vgt Niedzwiedza, Bromicza et Jaro-
bowa Wola ab vna, et villarum Sniatinka et Wo-
la Warzowska, hereditaria nobilium Joannis Ra-
multt, Christophori et Matthiae Tharanowskich
vna cum tutore et patre suo partibus ab altera,
quas nos componi volentes et complanari, Sÿn-

et Fid: vestris; de quorum integritate et industria plurimum confidimus, Committimus et demandamus; praesentibus, quatenus habita inter se mutua intelligentia, captato aliquo die competenti, ad locum differentiarum praefatarum descendatis, vocatisq3 ad se partibus quarum interest, et auditis earum propositionibus et responsis, receptoq3 sum fide alterius ab utroq3 sufficienti testimonio, medio ipsorum corporali iuramento comprobatq3, ac re ipsa oculis subiecta, positionesq3 et veritate illius ad plenum cognita, bona praedicta limitetis et distinguatis, scopulisq3 ac signis metalibus circa talia fieri solitis illa consignetis, ac si opus fuerit signa antiquarum metalium illorum bonorum renovetis, et scopulis de novo consignetis, Deum et iustitiam praeoculis habendo, nulli partium faveatis, in quo oneramus conscientias vestras, facietis id quicquid in praemissis decreveritis, per partes ipsas hinc inde firmiter et inviolabiliter observari. Factum pro gratia nra, Omnis, duorum, trium et quatuor vestrum absentia minime obstante. Datum Mariaeburgi vigesima Septembris, Anno Domini Millesimo, quingentesimo Septuagesimo Septimo. Regni nostri Tertiodecimo. Ex Commissione Sacrae Regiae Mtatis propria. Postea vero dicto Dno Comiti mandati Sacrae Regiae Mtatis, quo sua Mtas eidem Generoso Petro Herborets bonorum praefatorum vegatium tenutario mandat, vt coram Dominis Commissariis ad perficiendum hoc negotium quamprimum compareat, tenoris infrascripti. Stephanus Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Samogitiae etc. Necnon Princeps Transylvaniae Generoso Petro Herborts de Fulstein, bonorum

nostrorum Regalium Ozÿmira, Niedzwiedza Brominja,
et Jacubowa wola Cemtarcio, Fideli dilecto, Et in ab=
sentia cuiꝰ, illius Locum tenenti, Gratiam nostram Regiã,
Generose Fid: nobis dilecte. Designauimus rectos Com=
missarios nros, ad faciendos et constituendũ limites, inter
bona mãa Regalia predicta temuta hinc a bona, et
bona hæreditaria villarum Sniatinka et wola Ma=
gorska, Nobilium Joannis Ramultꝰ, Christophori
et Mathiæ Tharanowskich at eorum tutorẽ, par=
te ab altera. Proinde Fid: tuæ mandamus, vt
posteagnam per dictos Commissarios nros in præmis=
sis per hãs nrotestentia eorum rotata fuerit, coram
illis compareat, et hmusmodi dislimitachoni bonorũ
ex debito officij sui interesit, proindeatqꝫ re ni præ=
missis bonis nostris aliquod dammũ et præiudicium infe=
raiur, Quicquid vero ni præmissis per dictos Com=
missarios nostros decretum fuerit, firmiter obser=
uet, Pro gratia mra et debito suo aliter non facti=
ra Datum Marienburgi vigesimia Septembris, An=
no Domini Millesimo, quingentesimo Septuagesimo
Septimo Regni nostri Secundo. Ad Mandatum
Sacræ Regiæ Mtatis proprium. Igitur ipsi
Actores petierunt dominos Commissarios, gratem ꝫ
inseren Commissioni Sacræ Regiæ mtatis, tum et
iuri communi, consuetudinibꝫ in talibus observari solitꝫ
vigore Regio et autoritate sua Commissariali iuris=
dictionem Commissarialem fundarent, et pronun=
ciarent competentibus sese pronunciarent, eandemqꝫ
fundatã Ministeriali terrestri proclamare et pu=
blicare mandarent, et ad dislimitationem bo=
norum supra expꝫssorum in die prorogarent.
Ego adverso Generosus Petrus Storbork

bonorum Regalium vrgt villarem Jacubowa voo la
et Bronnicza, ad prachid ogijnima, iuris Sui. sibi à Sa-
cra Regia mtate desuper seruiend. remtarius et pos
sessor, ante omnia Ministeriali terri prouids Bo
ma de ogijnima et Nobilibus ibidem assantibus, so-
lemniter protestatus est, se in iurisdictionem prentem
Commissarialem consentire nolle. Imo quicquid alle-
gationum et exceptionum in medium in dicij prentis Com-
missarialis incompetenter introductu fuisset, id totum
in vim exceptionis fori declinatorij, forique iudicij
prentis vti incompetenter declinand, allegauit praedictos
dominos Commissarios, nullatenus iurisdictionem suam
Commissarialem fundare, nec se pro iudicibus compe-
tenter causae huius pronunciare posse, cum etenim iure
communi Statutisque Regni, praesertim vero digressionali
piae memoriae Regis Poloniae, Petricouiae de Anno Do-
mini Millesimo, quingentesimo vigesimo tertio, cautum
est, Commissarios ad distinctionem bonorum inter
bona Regalia et Nobilium partibus ex vtriusque non
alios cum ejusdem Palatinatu in quo limites fieri de-
berent, duos dignitarios, duos tandem officiales deli-
gendi et deputandi fore, sin vero extra metas Statuti
prentis in contrarium processum fuisset, id totum nullitatis
vitio subiacere debet, quare ex deductionibus prae-
fatis petijt vt domini Commissarij à iurisdictionis fun-
datione vigore Commissionis prentis et iuxta Statuti
praescriptum in personam illorum nullitur obtentis, super-
sederent, nec ea fundarent. Actores vero pre-
fati refutando partis impetitae, in iudicias iuris cõ-
muni contrarias allegationes, dominos Commissarios
in actu prenti gratiali fundarii iurisdictionem suam,
ac se pro competenti iudicibus pronunciari posse, ex
praescripto iuris communis. Deduxerunt praesertim Statutu

Sigismundi Petricouia Anno domini Millesimo, quingen-
tesimo vigesimo tertio: quod disponit, si autem Di-
gnitarij ad limites ipsos pauci designandi essent, in
illa terra seu Palatin aliu in quo limites fieri debet,
aut forte essent absentes, eo casu ex vicinori Pa-
latinatu vel alia ex remotiori Commissarios designa-
bimus ad ipsos limites faciend, non alios tamen, nisi
tales qui in illis terris ubi limites essent, possessio-
nati fuerint, Quamuis autem et ex prenh Pala-
tinatu Dignitarij designati sint et deputati pro
Commissariis ad faciendos limites praesentes, Ni-
hilominus Sacra Regia mtas prætaurd in dimitati
Rctorum ob absentia dignitariorum terrarum Rus-
siæ, tum et horum in Commissione nominatorum, decla-
rand Commissionem suam, specificauit Sac. R. Mtas,
Vt absentia omnis, duorum, trium ne Commissariorum
non obstaret, et ad dilimitationem eorum præmis-
torum procedere teneri, Et verificand absentia Pa-
latinatus Russiæ, probauerunt Palatinum Russiæ
esse in Palatinatu absentem; et in terra Podla-
chia existentem. Nam etenim in præterito Comi-
tiu Visnensi in congressu totius Nobilitatis, ex-
sata est eiusdem absentia, propter arduas suas ne-
cessitates, qui et ad hoc tempus à ipso Palatina-
tu Russia abest, Tum et Castellanum Selnen
in Magno Ducatu Lithuaniæ hisce temporibus per-
manere. Deinde Præmissum et Sanccm Ca-
stellanos, ad Judicia generalia ordinaria vl-
timæ instantia Leopolien pro deputatis Judi-
bus Electos existere, quibus Judiciis ordina-
rijs vigore Laudi Visnen, pro die Crastino affi-
gnatus est dies, Halicien similiter Castellanus

adhuc legatione Turcica fungitur, nondum à Curia
venerint. Castellanus vero Leopolien[sis] pateret tutor
praefati Gnosi Petri Herbortis, doctorum bonorum tem-
tarij exstat, prout et pro nunc nomine ipsius filij sui, hic
coram dominijs Commissarijs comparet, et causam eius agit.
Propterea ad praesentem actum dissimilandorum bo-
norum bonorum praemissorum ipsi Actores eosdem di-
gnitarios Russiae conducere non poterunt, Spiritua-
bus vero dignitarijs est in re vehitum se se immiscere nego-
cijs iudicij terrestris, nec vllam autoritatem in Collegijs Com-
missionibusq[ue] aut aliquibus subselijs Regni habent ali-
quas causas iudicandi, praterquam lateri sacrae Regiae
Mtatis assidendi in Consessionibus generalibus Regni, vi-
gore Statuti, sententias suas dicendi. Propterea pre-
sentes Dignitarij ex vicino Palatinatu per Sacram Regia
Mtatem dati et designati, ex quo in praefatu Palatinatu
Russiae et terra Premisliensi simt bene possessionati,
hoc negotium gravissimum peragere possunt, statuto
supranominato id illis admittente, hicq[ue] qui adsunt pre-
sentes conducti, possunt Jurisdictionem praesentem Commis-
sarialem fundare, et se pro iudicibus competenti pro-
nunciare, ad dissimilationem bonorum praedictorum pro-
cedere, imo communi suadeat, et id illis admittendi, Et cum
hoc Statutum propter oppressionem Nobilitatis post
illud primum per citatum ostensum, posterius est laudatum
et non in deteriorem sed in meliorem partem status
nobilis interpretari et torqui debet. Nam si aliter inter-
pretarent, extunc dissimilationem bonorum suorum
Nobiles cum Comitijs bonorum Regalium propter ami-
citias consanguinitatis affinitatisq[ue], vt in praefati Pa-
latinatu agitur nullatenus assequerentur, Petierunt q[ue]
iterum Actores, vt eandem Jurisdictionem suam Commis-
sarialem praefati Commissarij fundarent, et pro iudici-
bus competenti se pronunciarent, ad dissimilationesq[ue]
bonorum procederent. In contrarium vero allegonem

et impregnationem pars imo tescita per modum repli=
cationis allegauit Statutum per Actores allegatum nó
in alium sensum preterq3 vbi in suo tenore sonat, inter=
pretari posse, quod clare disposuit non alios Commis=
sarios, modo eos qui in terra et Palatinatu eodem in
quo gramities, inter bona Regalia et Nobilium parti=
bus q3 ex vtriq3 fuerint, bona q3 ipsa ab inuicem dissi=
mitand venirent, assumet, In quantum vero terre
illius Dignitarij pauci inuenirentur, aut forte esset
absens, Casu eo Sacra Regia mtas in Corú absen=
sen et ob paucitatem dignitariorum pfatorum, se
manicze Castellan Gerdowski ręką włas. Paulus
Korytsko. P. P. mam prop. Joannes Drejikowski
de Drejikow Dapifer terre Premisliens propriam
Joannes Fredro de Plessowicze tribunus Sam:
borien mam pria. Hieronimus Comiecierzki sub:
index terre Premisliensis mam pria.

NOS itaque STEPHANVS Rex supplica:
tionem memoratæ nobis factæ benigne annuentes, pre:
missas tras in omnibus earum punctis, clausulis, articu:
lis, conditionibus, capitulis ac verbis etiam, auto:
tate nra Regia, quantum in ris publicis rationes per:
mittunt, approbandas et confirmandas esse du:
ximus; vti tenore presentes tras nras approba:
mus, confirmamus; atque robur et pondus suum
iustum ac debitū easdem obtinere semper debe:
re decernimus et statuimus. In cuius rei fide
et testimonium perpetuum, has tras nras manu
nostra subscripsimus et Sigilli Regii nri appensione
munire mandavimus. Datæ Leopoli die xxvj mensis
Maij Anno Dni 1578. Regni nostri xvi cho.

Stephanus Rex

Confirmatio donois

Poponatus in villa Kotkowitze Lucæ Jchna

towitz.

v. f.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ, &c. Significa-
mus præsentibus lris nostris quorum interest vniuersis
et singulis, harum notitiam habituris, Exhibitas no-
bis esse tras pargameneas, sub sigillo Maioris Cancel-
lariæ Regni nostri obsignatas, Continentes in se do-
nationem Poponatus in villa nostra Kothkowicze
alias Czerkiew, ad Capitaneatum nostrum Sambori-
ensem pertinen, Religioso Lucæ Jchnatowitz, à se-
renissimo olim Sigismundo Augusto antecessore meo,
eidem cum mechio laneo et portione agri, vulgo Obszar
dicta, clementer concessa. Supplicatum est nobis, vt
easdem tras autoritate mra Regia, approbare, con-
firmare, et ratificare dignaremur. Quarum qui-
dem trarum tenor de verbo ad verbum legitur, estq3
talis. SIGISMVNDVS Augustus Dei gra-
tia Rex Poloniæ, magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ,
Prussiæ, Masouiæ &c. Dominus et hæres. Significa-
mus præsentibus litteris nostris quorum interest
vniuersis et singulis. Quia nos commendatam ha-
bentes, fidem, probitatem, morum q3 et vitæ inte-
gritatem, litterarum q3 ac religionis vitus Graci
eruditionem non vulgarem, Religioti Lucæ Jchna-
towitz, Eidem Poponatum in villa nostra Kotkowicze

alias Czerkiew, ad Capitaneatum nostrum Sambo:
rien spectante, standum et conferendum duximus: sta:
musq3 et conferimus hiis literis nostris, prepetuis tem:
poribus duraturis, stringentes astrictiq3 et asti:
gnantes pro eodem Poponah medium lanearum et tur:
tá portionem agri vulgo Obszar dictam, per eun:
dem extirpandá, ad limites Olszanskii in mercu
situm, vnacum horbis et prahis Ecclesiæ Rutenicæ
adiacentibus et assignatis; per ipsum Lucam Poponè
eiusq3 legitimos successores prefatum Poponah
in Kothkowicz, Cum omni iure, dominio et proprie:
tate, agris, prahis et horbis suprascriptis, ac omni:
bus vtilitatibus, fructibus, prouentibus, ad ipsam Ec:
clesiam et Poponatum de jure et consuetudine
pertinentibus, tenen, habend, vtifruend, pacifice q3
et quiete possidendum perpetuè et in æuum, juri:
bus tamen nostris Regalibus stationibusq3 et Consi:
bus, nobis seu Capitaneo nostro Samboriensi per ali:
os vicinos Popones pendi solitis, ibidem in toto sem:
per salvis manentibus, Quod ad vniuersorum
quorum interest, præsertim verò Generosi Stani:
slai Sterborbs de Fulstin Castellani Leopolien
et Samboriens at Drohobicen nostri Capitanei,
Salmiarumq3 Ruthiæ Præfecti, moderni, et alio:
rum pro tempore existentium Capitaneorum Sambo:
rien, notitiam deducentes Mandamus, vt prefa:
tum Lucam Poponem in gineta et pacifica ipsius
Poponatus in Kotskowicze possessione conseruet,
et ab alijs conseruari faciant, ab omniq3 preiu:
dicio tueantur et defendant, Pro gratia nra
Regia. In cuius rei fidem ac firmius testimoniú sigil:
lum nostrum præsentibus est appensum. Datum

Inblīm mi Comuentu Regni nostri generali che Sabba-
to post Sacra festa Paschæ proxmo. Anno Domini
millesimo, gmingentesimo, Sexagesimo Nono. Regni ve-
ro nostri anno quadragesimo. Pfatio Magnifici Va-
lentini Dembinski Regni Poloniæ Cancellarij. Nos
itagz STIPHANVS Rex prænominatus, huiusmo-
cationi emsdem tangnam instæ benigne ammentes,
literas suprascriptas, ratas, gratas, firmas, haberi in
omnibus eius punctis, clausulis, articulis et conditionibus,
approbandas, ratificandas et confirmandas esse du-
ximus: prout approbamus, ratificamus et confirma-
mus per præsentes. Ipsumgz Lucam Jednatowicz
à datione alias Messnego, quam Venerabilis Mat-
thias Parochus nunc modernus existens exigit, et
pro tempore existentes, liberum et immunem facimus,
sedem cum suis posteris ipsta alias Ecclesias Ruthe-
nicas, à præfata datione alias messnego liberū et
immunem facimus. Decernentes eas eorum debita fir-
mitatis possidere debere. In cuius tamen nostris sali-
nis semper ibidem permanentibus. In omnis rei fide
præsentes manu nra subscripsimus et sigillum nostrum
appendi iussimus. Datū Leopoli die xxvij Mensis
Maij Anno Domini 1578 Regni nostri anno Tertio.

Stephanus Rex

Consensus super extructionem
monasterij ritus Græci in fundo ville
Berezinka adjacentis agri et
prati.

Stephanus Dei gratia Rex Polonie &c. significamus, &
vj. quod cum nobis retulisset Generosus Stanislaus Sfer:
borts de Fulstin Castellanus Leopoliensis ac Sambori:
ensis noster Capitaneus, Suppanumq; nostrarum Rusti ac
Prucie fertet, comesisse illum ab aliquot annis Re:
ligioso Protasio Berezitz ritus Graeci Monacho, Ger:
metz dicto, facultatem extruendi monasterium ritus
Graeci, in fundo villae Berezinka, ad Capitanea:
tum nostrum Orchobien pertinen, ipsiq; ac eius suc:
cessoribus Monasterij praefati possessoribus legiti:
mis, certam partem agri ac prati adiunxisse.
Et quoniam ad hoc usq; tempus super eiusmodi extru:
ctionem et agri prati q; amexionem, consensus a
Sereniss[imis] praedecessoribus nostris non est con:
cessus. Ideo supplicavit nobis idem Castellanus
ac ceteri Consiliarij nostri, ut super ed extructio:
nem Monasterij praefati, memoratumq; agri et
prati amexionem consensum nostrum praeberemus,
illamq; approbare, ratificare, et confirmare di:
gnaremur. Nos itaque supplicationi eius modi ben:
igne annuentes, ut supradictam Monasterij p[raefati]
ritus Graeci extructionem agriq; et prati ac alia:
rum attinentiarum amexionem (dum modo id
sine damno bonorum nostrorum Regalium vel alia:
rum personarum fiat) consentiendum, eamq; con:
firmari et approbari duximus; vti quidem consen:
timus, confirmamus et approbamus praesentibus lit:
teris nostris. Per ipsum Protasium Monachum eius:
que successores Monachos ritus Graeci, memorati
Monasterium una cum omnibus eius utilitatibus, fruc:
tibus, agris, pratis, hortis, piscinis ac reliquis attinen:

et pertinentiis, tenend, haben, vtifruend perpetuè
Damus denigs eidem Protasio super eiusmodi Mo=
nasterium et Poponatum jus nostrum Actenitalium
jn rebus tamen nostris Regalibus ibidem semper
salvis manentibus. In cuius rei fidem presentes mam
nostra Subscripsimus sigillumq3 Regni nostri eisde
appendi iussimus. Datj Leopoli die xxvij men=
sis Maij Anno Domini 1578 Regni nostri Tertio.

Stephanus Rex

Confirmacio privilegiorum Po
sonis Drohobicé 2

Stephanus Dei gratia Rex Polonie &c Significamus &
Exhibitas esse coram nobis per certos Consiliarios no=
stros, nomine Religiosi Gregorij seu Hryhorko Nicire=
biecgki, Posonis Ecclesie ritus Graeci Sanctissimae Tri=
nitatis, in oppido nro Drohobicensi consisten, possesso=
ris, literas omnes infrascriptas, alteras pargamenas
sub appenso sigillo à Sereniss^mo olim Dno memoriae
Sigismundo Augusto Rege Polonie, predecessore nro
emanatas, alteras verò papireas ex Actis Scabina=
libus Drohobicen, sub sigillo appraesso desumptas,
sanas, salvas, et integras, omnigs suspitionis nota ca=
rentes, Supplicasecgs nobis vt easdem literas vtrasgs
approbare, ratificare et confirmare dignaremur.

Primarum autem Iurarum tenor Segnitur eiusmodi. Si
gismundus Augustus Dei gratia Rex Polonie, magnus Dux
Lithuanie, Russie, Prussie, Masovie Samogitiaq; &c. Do-
minus et hæres. Significamus presentibus leris
nostris quorum interest omnes siue singulis. Dedisse
nos Stanesto Gregorio seu Strzyzghomi Niebrebers-
ki Ruthheno, instituisse prefatum administrande Eccle-
sie Ruthenice Sanctissime Trinitatis in oppido no-
stro Drohobyczensi dilecte, ac eius successoribus, si eos
hoc munere Nobilium eorum Premisslien dignos esse
iudicauerit. Permittentes illi vt aquam Salsam
extrahere, ex eaq; Sal conficere, ceterisq; liber-
tatibus et prerogatiuis quibus Pop Sancti Georgii
ante Ciuitatem Drohobicen gaudet, vti possit et va-
leat. Quod Gnoso Stanislao Herborts de Fulstyn
Castellano Leopoliensi, Samboricn Drohobiczensq;
Capitaneo, ac terrarum Russie Iuppario, aliisq;
Capitaneis Drohobicen pro tempore existen, demum
ciam Mandamus, quatenus prefatum Strzyzghonem
et eius successores in possessione dicte Ecclesie
pacifice conseruet et tueatur. In cuius rei fidem
sigillum nostrum pendens est appensum. Datum
Inblini in Conuentione Regni anno Domini Millesimo, quingen-
tesimo Lexagesimo Nono, Regni nostri anno Qua-
dragesimo, Franciscus Crassinski R. P. Vice-
cancellarius Mpp. Publicq; Quondam Francisci Crassin-
ski, Præpositi Ploczen. Regni Polonie Vicecancellarij.
Alterarum vero Iurarum tenor Segnitur eiusmo-
di. Actum feria Sexta proxima post festum
Sancti Nicolaj, Anno Domini Millesimo, Quingen-

Septuagesimo Tertio. Veniens ad officium Advocati et Scabinorum juratorum Nobilis Albertus Bubrejj vicecapitaneus et vicezupparius Drohobicen, ex egressima-datum Sacrae Regiae Mtatis, de data Varsoviae ultima mensis Februarij Anni Domini Millesimi, quingentesimi, Septuagesimi, in absentia Magnifici Domini Stanislai Herborts de Fulstin Castellani Leopolien, Samborien Drohobiczkiego Capitanei, ex consensu eiusdem Magnifici, Religioso Gregorio seu Hrijczkoni Niebrzebieczki Popowi Synagogae Sanctae Trinitatis Rutenicae Drohobicensis, dedit et contulit gnietad ac pacificam in praedictum Poponatum oppidi Drohobicen, cum omnibus ac singulis fructibus ac obuentionibus ad eum antiquitus pertinen possessionem. Et solidatum est. Actidem. Veniens ad officium Advocati et Scabinorum juratorum Nobilis Albertus Bubrey vicecapitaneus et Vicezupparius Drohobicen, ex consensu Magnifici Domini Stanislai Herborts de Fulstin, Castellani Leopolien, Samborien Drohobiczkiego Capitanei, dedit, donauit hortum religioso Hrijczkoni Niebrzebieczki Popowi Sanctae Trinitatis Ruthenicae et eius legitimis successoribus, ex una parte horti Remiss, ab altera vero Nowosdia situm, Dandet concedens praefato Poponi usumfructum praefati horti in tempora aeuiterna eiusq; legitimis successoribus. Quod vero attinet Contributiones aliaq; onera, tam Ciuilia quam Regalia, praefatum hortum in iurisdictioni Ciuili Nobilis Alberti Bubrejj subjiciendo in tempora aeuiterna, supra expressus Hrijczko Pop et eius successores legitimi soluere tenebuntur, praesentiq; inscriptione se et suos legitimos successores solutores promittit. Et solidatum est. Extractum ex Actis Scabinalibus Drohobiconsibus. Nos itaque supplicationi eiusmodi

benigne annuentes, tras pr̃enominatas vtr̃asq; citra hr̃
quantum de iure est, si demq; ij quibus interest earũ
ri vsu fuerunt hactenus q; sunt) approbandas, ratifi-
candas et confirmandas duximus; vt̃i quidem ap-
probamus, ratificamus et confirmamus praesentibus
teis nostris. Jn cuius tamen nostris Regalibus ibidr̃
semper salvis manentibus. Jn cuius rei fidem et euidr̃
tis testimoniũ praesentes manu r̃a subscripsimus,
sigillumq; Regni nostri eisdem appendi iussimus. Datr̃
Leopoli die xxviii mensis Maij Anno Domini Mlo
Dc Lxxo. vijo. Regni vero nostri anno Tertio.

Stephanus Rex

Conservacio Jwani Kazowski
in usufructu molendini villa
Stelbiecz in.

Stephanus Dei gratia Rex Polonie. Vt Significamus
vij. tenore praesentium quorum interest vniversis et
singulis, harum notitiam habituris, Quia nos ad
interc̃essionem certorum Consiliariorũ nostrorũ
p̃ro honesto Jwano, filio legitimo Honesti Ku-
niasz Kuzowski apud nos facta[m]. Tum quoq;
habentes rationem seruitiorum eius, quę nobis
humma cum fide in Exercitibus nostris terrarum no-
strarum Russie praestitit, et imm̃o cham praestare
non cessat. Eundem Jwanum in pacifica possessio-
ne et libero vsufructu Molendini villę nostrę

Sterzalbiczim; in Capitaneatu Samboriens consistens
conservandum et relinquendum esse duximus: pro-
ut conservamus et relinquimus hisce literis nostris, ad
extrema usq3 vita illius tempora, prefatum Molen-
dinum per prefatum Jwanum, cum omnibus fru-
ctibus, proventibus, redditibus, utilitatibus, obuentio-
nibus vniversis, modo quocunq3 ad hoc idem Molen-
dinum proueniend, ac ex antiquo ad illud pertinen,
nullis penitus exceptis. Cum omni Jure, dominio ac
proprietate, tenend, habend, vtifruend, pacifice3 et quie-
te quoad vixerit possidend, Promittentes verbo nostro
Regio pro nobis et Sereniss[imis] successoribus nostris,
quod vita illius durante, nemini subditorum nostro-
rum, cuiuscunq3 status, conditionis et dignitatis fue-
rint, prædictum Molendinum de manibus eiusdem
redimere permittemus, nec Sereniss[imi] successores
nostri attinent, Imo nec nos ipsi, pro mensa, fisco,
cognina, stabulo, vel quacunq3 alia nra aut Rei-
publice necessitate illud ipsum Molendinum ab illo
amonebimus, sed tenendum quoad vixerit in postre
eiusdem Molendini conseruabimus, et Sereniss[imi]
successores nri conseruabunt. Post mortem vero
prefati Jwani Molendini superius nominatum, ad
nos plenarie recidet atq3 deuoluetur. Juribus
tamen nris ibidem salvis per omnia permanentibus
In cuius rei fidem et testimonium presentes manu
nostra subscripsimus, sigillo3 Regni nostri com-
muniri iussimus. Datum in Ciuitate nostra Le-
opoliensi die trigesima Mensis Maij Anno Do-
mini M D LXX vij Regni vero nostri Tercio.

Stephanus Rex

Consensus ad emendandum annuum super omnibus bonis emptionalem Universitatis.

Stephanus Dei gratia Rex Polonie, &c. Significamus &c
v.g. Quia nos ammentes instis supplicationibus Magnifici Rectoris, Clarissimorum Doctorum, Magistrorum ac totius Almæ Vniversitatis Ciuitatis nræ Cracouien, tum habend condignam rationem intercessionum certorum Senatorum nostrorum pro ipsis facta, ex bono et sincero affectu, quem erga eandem almam Vniversitatem Collegia gs illius gerimus, tanquam Seminarium doctrinarum et virtutum in hoc toto nostro Regno speciale, volentesgs eorum meliorem conditionem et status conseruationem facere, quo tanto diligentius officia sua perficiant, bonisgs artibus liberalibus erudiant studio: sam iuuentutem Reipublicæ seminarium, quanto melius bonis temporalibus se cognouerit esse promissos, ipsis modernis et pro tempore existentibus omnibus insolidum, et cuilibet illorum diuisim, damus et concedendum esse duximus: damusgs et concedimus harum serie tenorum Consensum nostrum generalem ad emendum Censum annuum siue Census annuos, et super omnibus bonis immobilibus hereditariis, tam terrestribus quam Ciuilibus quibuscunqs, in Regno et dominijs nostris vbilibet constitutis, prout ipsis melius et comodius videbitur expedire, in vim tamen recemptionis, alias

na wÿderhoff, pro quarungß summa pecuniarum, iuxta emphionem et obligationem in Arhis terrestribus Castren, Ciuibus, coram quorum officio, Judicio et Magistratu Regni nostri, chiã coram nobis ipsis ac libris Cancellariæ nostræ facien, singulis annis soluendum, ac Collegio Vniuersitatigß illorum assciben, eomodo, quod non obstante vendicione eiusmodi Census et assciphioni ipsius Collegij suæ vniuersitati, hæres seu hæredes illorum bonorum, super quibus eiusmodi census emptus sit, si illa sint terrestria ad belliam expeditionem, si vero Ciuilia adonera chiam Ciuilia, more aliarum Ciuitatum obeunda, obligati et astricti esse debent et teneantur. Et si aliqui Census pecuniarum summæ cuiuslibet quorum anteacto tempore chiam vetustissimo per eosdem Collegiatos suæ vniuersitate Collegiorum emphi sint, à quibusqungß personis, in quibusqungß bonis prater consensum nostrum vel prædecessorum nostrorum, eorum vendicionem et resignationem et assciphionem eorundem Censuum, immunitati Ecclia ratos et gratos firmosqß esse volumus et decernimus, eo minß debitis et perpetua firmitatis obtinere, perinde ac si tunc Consentus noster Regius vel prædecessorum nostrorum ad præmissa omnia et singula accessisset. Cum vero eiusmodi census aliquis, tam ad totam Vniuersitatem quam ad aliquam Collegiaturam pertinens, in toto vel in parte fuerit exemptus vel exempti, Consentimus et admittimus per præsentes, quod pro summa eius vel eorum Capitali eadem ipsa Collegia suæ Gimnasia Oratorien aliam similem Censum vel census similes emere et obligationem accipere possint, toties quoties opus fuerit, suæ in bonis terrestribus suæ in Ciuibus, consensu meo Regio vel successorum nostrorum aditi amplius non requisito. In omisß rei fidem, præsentes manu nra subscripsimus, et

sigillo Regni nostri minimi mandauimus, Datt. Leopoli die vltima mensis Maij Anno Domini Millesimo D° Lxx° vij° Regni nostri Anno Octauo.

Stephanus Rex

Villa Wolia Lugowska cum piscina et molendino Stanislao Schinwalski castr.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniae &c. Significamus his litteris nostris quorum interest vniuersis et singulis eorum notitiam habituris; Quia nos commendata habentes à nonnullis Regni nri Consiliarijs, Nobilis Stanislai Schinwalski de Zendowe Kowonatky, egregiam in dolem, atque de nobis benemerendi studium, Cesarei magnum esse, vt illi gratiam et munificentiam nostram regiam declararemus; atque ita eundem ad nauandam nobis et Reipublicae operam, promptum et alacrem reddieremus; Vacante itaque ad praesens villa nostra Wolia Lugowska, morte Nobilis Joannis Miegowinski, ac ad dispositionem nram deuoluta, nos hanc illi ipsi Stanislao Schinwalski dandam et conferendam esse duximus; vbi quidem per printes literas nras damus et conferimus, vna cum pristina molendino, ac aliis omnibus et singulis bonis, fructibus et emolumentis ad eam villam quomodolibet inde ab initio et prima sui locatione pertinentibus, nullis prorsus exceptis et exclusis, pro nobis quidem ac quomodolibet alio reseruatis. Per ipsum Stanislaum Schinwalski

ad vita sua ultimu chem pacifice et quiete, tenendam,
habendam ac possidendam, ea conditione, qua hactenus
à memorato Joanne Wiè Inowski, et ante eum à nobi-
li Felice Ingowski, ac primum ch'd à Simone Ingowski
possessa est. Promittimusq3 pro nobis et Serenissi-
mis Successoribus nostris Poloniæ Regibus verbo nostro
Regio, nos Stanislaum Sedzinwalski quoad in humanis
aget, à possessione et usufructu istius villæ nostræ nũ
amotueros, neque quicquam ex bonis et fructibus ad eam
pertinentibus non alienaturos, etiam si id fisci, cogitua,
mensæ, aut quispiam alius suè noster privatus, suè Rei
publicæ quoq3 ipsius publicus usus exposcere videretur.
Nemini prætereà Subditorũ nostrorum cuiusuis loci,
dignitatis et conditionis existen, eandem illo super
stite esse daturos ac concessuros; imò verò tutam,
quietam et pacificam ipsius possessionem et usumfructu
quantum in nobis erit semper esse præstaturos, Illo
verò è vivis sublato hanc eadem villa cum omnibus suis bonis
et fructibus ad nos et Successores nostros pleno iure re-
dibit. Juribus nihilominus nostris Regalibus et Rei
publicæ ch'd, salvis et integris semper ibidem mane-
ntibus. In cuius rei fidem et testimonium literarum
tus, præsentes manu nra subscripsimus et sigillo Re-
gni nostri muniri mandavimus Datt Lvcopoli die
Ultima Mensis Maij Anno Domini M° D° Lxx° viij
Regni verò nostri Anno Tertio

Stephanus Rex

Conservacio Jur Posonis in pos-
sessione Ecclæ ritus gci in
Subarbo Drohobicen.

Stephanus Dei gratia Rex Polonie &c Sigmstriamus &c
vig. Quia nos ad intercessionem certorum Consiliariorū
nostrorū, nomine Religiosi Illie Poponis ritus Greci
ad nos factam, eundem in vsu quieto et pacifica posses=
sione Ecclesie ritus Graci sue Ruthenici, tituli Sancte
Marie Virginis, in Suburbio Drohobiren site, omniq;
eius attinentiarum et pertinentiarum, agrorum, pra=
torum, hortorum, prouentuum et emolumentorum anti=
quitus et de jure ad eandem Ecclesiā spectantiū, ad
extrema vite ipsius Illie Poponis tempora, conser=
uandum et relinquendum duximus: Vtiquidem con=
seruamus et relinquimus presentibus litis nostris. Pro=
mittimusq; pro nobis et Sereniss successoribus no=
stris, quod durante vita prefati Illie Poponis, Ec=
clesiam sue Poponatum prefatum ab eo pro quauis
nostra et Reipublice Regni nostri necessitate nō
amouebimus nec alienabimus, Sereniss quoq; Suc=
cessores nostri ita facturi sunt. Juribus tamen
nostris Regalibus ibidem semper Salvis ma=
nentibus. In cuius rei fidem presentes manu
nostra subscripsimus, Sigillumq; Regni nostri
eisdem appendi iussimus Datū Leopoli die Pri=
ma Junij Anno Domini Millesimo quingentesi=
mo Septuagesimo octauo. Regni nostri Anno Tertio.

Stephanus Rex mpp

Villa Mikelasson Groß
Petro Herbortß dat.

Stephanus Dei gratia Rex Polonia, &c. Significamus hi
litteris nostris quorum interest vniuersis et singulis cuiu
notitiam habituris. Quia nos apud se expendeñ egregi
vlg. am nr̃ voluntem, animúq3 de nobis ac Republica benemere
di cupidum, cum alias, tum verò in bello, quod aduer
sus Gedanen, nobis et Regno nro rebellantes susceper
ramus abunde declaratum, Generosi Petri Her
borth, filij Quondam Nicolai Herborth olim Fulstin
Capitanei nostri Leopolien, reuoluentes praeterea in
animo nostro familiam Herborthorum, plurima in
Regnum hoc nostrum inclytum ac Duos antecesso
res nros, egregia et amplissima merita; Cupientesq3
eundem Quondam Petrum Herborth ad maiorum suo
rum vestigia exprimẽda, ac virtutes complectendas,
quarum causa Summis et amplissimis honoribus in
Regno hoc ornati; et beneficiis Magnis à Principibus
suis affecti fuerant, promptiorem et alacriorem red
dere. Villam nostra Sklasdorp vulgo dictam; ad
Capitaneatum nostrũ Leopoliẽ pertinentem, atq3
à patre suo hactenus pacifice et quiete, vigore iu
ris à Serenissimo facti recordationis Sigismundo Au
gusto Rege, antecessore nro Clarissimo, sibi super
Capitaneatum Leopoliensem contesti, possessam, da
dam et concedendam esse duximus: vti sane hisce
litteris nostris, ex liberalitate nra Regia damus et
concedimus, cum omnibus et singulis eiusdem Villae
bonis; ad eam ita modo ab omnibus pertinentibus, nullis
prorsus exceptis, pro nobisq3 et Republica reseruatis,
tum etiam fructibus, prouentibus, censibus, emolumẽ
tis et redditibus, ex eadem villa ac illius bonis ad
praesens prouenientibus, vel quae etiam postmodum ar
te, labore, studio, ac ingenio humano ibidem parari
possint, accedente eam ad rem memorati parentis

sui, jus integrum ad eam villam habendi, libere et
benevolo assensu, Cuius quidem villæ à Capitaneam
nostro Leopoliensi tanquam à corpore suo avulsione,
nihil omnino derogatum esse volumus ipsius Capitanei
nostri Leopoliensis juri adventicio, quod super Capi-
taneatum ipsum habet. Eam itaq; villam Stiklassow,
tohès memoratus Petrus Herborth cum omnibus et sin-
gulis eiusdem ipsius villæ bonis, necnon fructibus, pro-
ventibus, emolumentis, redditibus ac censibus, atque
cum omni jure, dominio et proprietate, tenebit, habebit
possidebit, eademq; vtetur, tutò, quietè, pacifice et li-
bere ad vitæ suæ extremum terminum: Polliemur
verò et spondemus verbo nostro Regio, pro nobis et
sereniss. successoribus nostris Poloniæ Regibus,
illum ipsum Petrum Herborth, à possessione et
usufructu istius villæ et omnium bonorum ad illam spe-
tantium, nullo prætextu et colore esse amovendum, eti-
am si id fisci, cognatæ, stabuli, aut quivis alius suæ no-
ster privatus, suæ etiam Reipublicæ usus publicus
exposcere videretur, Neque ejus eandem aut ali-
quid ad illam pertinens, alicui subditorum nostrorum,
omissis sortis, loci, dignitatis, et conditionis exis-
ti, illo superstite esse concessurum, imò verò tuta,
quietam, et pacificam possessionem, ac liberum etiam
usumfructum istius villæ ipsi semper, quantùmvis
intercedit, quocunq; humanis agatur, esse præstaturos.
Ex ea autem villa atq; illius omnibus fructibus
et emolumentis, nihil nobis et successoribus nos-
pendere et solvere tenebitur, Exceptis quinquaginta par-
tes Proventuum, quam ex præscripto Regni nostri
Constitutionum suæ legum publicarum, singulis
annis in æraruum publicum Regni inferet. Juribus

nostris Regalibus et Reipublice salus in hiis omnibus in
ea villa semper manentibus. In eorum vero premissorum
rem omnium fidem presentes manu nostra subscripsimus
et sigillo Regni nostri munire mandauimus. Datę Leo-
poli die prima mensis Junij Anno Domini Millesimo
D° LxxC° vij° Regni nostri anno Tercio
Stephanus Rex

Confirmatio in pacifica possessione Medietatis Scultetiae in villa Bylicz in Capitaneatu Samborien. Nobilis Petri Jlmiczki.

Stephanus Dei gratia Rex Polonie &c Significamus
vj. his litteris nostris quorum interest vniuersis et singulis pre-
sentibus et futuris, earum notitiam habituris. Quia
nos ad intercessionem quorundam Consiliariorum no-
strorum pro Nobili Petro Jlmiczki apud nos facti,
cum quoq3 habentes rationem seruitiorum illius, que
nobis summa cum fide et diligentia, in Custodia hyl-
uarum ad Zuppas mas terrarum Russie pertinen
prestitit, et hactenus prestare non cessat, Emole
Petrum Jlmiczki in pacifica possessione Medietatis
Scultetie alias Kmiastwa in villa ma Bylicz, in
Capitaneatu nro Samborien consistent; conseruan-
dum et relinquendum esse duximus; prout conserua-
mus et relinquimus hisce litteris nostris; ad ex-
trema vsq3 vita illius tempora, predictam Scultę-
tiam per prefatum Petrum Jlmiczki cum omni-
bus fructibus, prouentibus, rechtibus, vtilitatibus,

obuentionibus vniuersis, modo gnotungs ad eandem Sculteti-
am pronemen, et ab antigno ad eandem pertinen,
nullis penitus exceptis, pront ceteri possessores prafatae
Sculteticae, temerunt et possederunt. Cum omni iure, olo-
mino, ac proprietate, tenendd, habend, vhfruen, pacifi-
cegs et gniete gnoad vixerit possiden. Promitten-
tes verbo nro Regio pro nobis et sereniss̄is succes-
soribus nostris; gnod vita illius durante, nemini
subditorum nostrorum, cuiusgs status, conditionis,
et dignitatis fuerint, praedictam Sculteticam de manibus
eius concedemus adimere, nec sereniss̄i successores no-
stri adiment, imo nec nos ipsi pro mensa, fisco, cogmia,
stabulo, vel gnarungs alia nostra aut Reipublicae ne-
cessitate eandem Sculteticam ab illo amouebimus,
sed eundem gnoad vixerit, in possione eiusdem
Sculteticae conseruabimus et sereniss̄i succes-
sores nostri conseruabunt. Post mortem vero
p̄dicti Petri Iliczky, Sculteticam superius nominatam
ad nos pleno iure rechibit atgs devolvetur Iuri-
bus tamen nostris ibidem per omnia salvis perma-
nentibus. In cuius rei fidem et testimonium pra-
sentes manu nra subscripsimus, sigillogs Regni
nostri appenso communiri mandauimus. Datae
in Ciuitate nra Leopoliensi die Secundae Iunij
Anno Domini 1578 Regni nostri Tertio.

Stephanus Rex

Consecratio in pacifica possione Nicolaum sup fluuio
Sabloniczy cum stabulo ad hoc pertinen in villa
eadem Byliczka in Capitaneatu Stanislaviensi Petri
Iliczki.

Stephanus Dei gratia Rex Polonie &c Significamus
presentibus Lris nostris vniuersis et singulis quorum inter-
est, presentibus et futuris, harum notitiam habituris.
vlg. Quia nos ad intercessionem certorum Consiliariorum no-
strorum pro Nobili Petro Jlmirzki ad nos facta,
tum habent grogß rationem seruitiorum illius, quae no-
bis cum summa fide in Custodia Syluarum ad Zuppas
ärar terrarii Rustici pertinen, praestat, et nunc pre-
stare non cessat, Eundem Petrum Jlmirzki in pacifi-
ca possone et libero vsufructu Molendini Crusatili
alias Solinska nuncupati, super flumio dicto Jablon-
ci, tum taberne in villa nra Biliga dicta, in Ca-
pitaneatu Samboriens ad prefatum Molendinum ex
antiquo spectan, Conseruandum et relinquendum
esse duximus; prout conseruamus et relinquimus hiis
Lris nris ad extrema vsgß vite illius tempora; pre-
dictum Molendinum per prefatum Petrum Jlmirzki
cum omnibus fructibus, prouentibus, redditibus, vtili-
tatibus, obuentionibus vniuersis, modo quorumgß ad
predictu Molendinum prouenientibus, ac ex antiquo
ad idem pertinen, nullis penitus exceptis, prout
ceteri possessores prefati Molendini tenuerunt et pos-
sederunt, Cum omni iure, dominio ac proprietate, te-
nendu, habendum, vtifruen, pacifice gß et quiete
quoad vixerit possiden. Promittentes verbo nostro
Regio pro nobis et sereniss successoribus nostris,
quod vita illius durante, nemini subditorum nostro-
rum cuiuscungß status, conditionis et dignitatis fuerit,
predictu Molendinu de manibus eiusdem permit-
temus adimere, nec sereniss successores nostri
adiment, imo nec nos ipsi, pro mensa, fisco, cognina,
stabulo vel quacungß alia nostra aut Reipublice ne-
cessitate memoratum Molendinu ab illo amouebimus

sed eundem quoad vixerit in possessione eiusdem mo-
lendini conservabimus, et Serenissimi successores nostri
conservabunt. Post mortem vero predicti Petri Jsli-
mgki molendinum superius nominatum ad nos pleno
iure recidet atque devolvetur. Insuper admittimus ei-
dem Petro Jslimgki ut possit et valeat in taberna
superius nominata vinum Crematum ipse cremare, pro-
priare, ac pro usu suo comertere. Juribus tamen no-
stris ibidem salvis per omnia permanend. In cuius rei
fidem et testimonium presentes manu nra subscri-
ptas, sigillique Regni nostri appenso munimi mandavi-
mus. Datum in Civitate nra Leopolien die Secunda
Mensis Junij Anno Dni 1578 Regni nostri Tertio.

Stephanus Rex

Jus sylvarum Caminec dat
Nicolao Pierzchowski
tuq eius.

Stephanus Dei gratia Rex Polonie &c Significamus
vig. presentibus lris nostris quorum expedit universis
et singulis horum notitiam habituris, Quia adducti
interessionibus quorundam Consiliariorum nostro-
rum, presertim vero Magci Joannis Chodkiewicz
Castellani Vilnensis, Capitanei Samogitie, supremi
Marschalci Magni Ducatus Lithuanie, pro Nobili
Nicolao Pierzchowski diligenter interpositis, tum
commendatam habentes ipsius organi fide

et singularem affectum, Jerimus potestatem ipsi Nicolao Pierzichoiski ipsiusq3 subditis, villarum Stare et Nowe Pierzichostij, vt ipse Nobilis Nicolaus Pierzichoiski possit, tam robora pro edificiis suis necessaria, quam ligna pro foco, vsuq3 et necessitate domestica oppotuna, Subditi vero illius prefatarum villarum tantum ligna pro focis eorum, in Sylvis nostris Camienecensibus, in terra Leopoliensi consistentibus, cum scitu tamen et voluntate Temutarij bonorum Camienecensiu predictorum, moderni et pro tempore existentis, excidere et in domos suas euehere possint, facimusq3 et permittimus presentibus litteris nostris ad beneplacitum nostrum Regium, Jta tamen quod Nobilis Nicolaus Pierzichoiski tam ex parte sua subditorumq3 suorum Censum annualem per vnam tantum anuenam et florenum vnum quolibet anno solvere tenebitur, et hoc in manus proprias Magnifici Petri a Zborow Palatini Cracouiensis. Quamobrem Magnifico Petro a Zborow Palatino Cracouiensi et Capitaneo nostro Cracz Stobnicenq3, ac bonorum Camionka temtario moderno; ac aliis pro tempore eorundem bonorum temtariis existentibus, id ad notitiam deduximus Mandamusq3, vt prefatum Nobilem Nicolaum Pierzichoiski in prerogatiua eiusmodi, recepto quolibet anno eodem Censu, donec eandem reuocauerimus, in Sylvis meis Camienecensibus, libere excidendorum et in vsus suos inducendorum roborum et lignorum, Subditos vero illius tantum in libera excisione lignorum foco eorum opportuno-tu, conseruet, et conseruari faciat, et ne id cum magno meo dispendio fiat, pro officio suo et gratia nostra prouideat, In cuius rei fidem et euidens testimonium, has scriptas manu mea propria Subscripsimus, et sigillum

Regni nostri appendiciissimis Datum Leopoli feria
tertia infra Octauas Corporis Christi: Anno Domini
M° D° LXX° Octauo. Regni vero nri anno tertio.
Stephanus Rex MB.

Conseruacio Curiis Kusowski in usufructu medietatis Heluo data Stbilisze.

Stephanus Dei gratia Rex Polonie &c Significamus tenore presentium quorum interest vniuersis et singulis, harum notitiam habituris. Quia nos ad interessionem certorum Consiliariorum nostrorum pro Nobili Petro, filio Nobilis Curias Kusowski legitimo, apud nos factam, tum propter seruitia patris eius, qua ni custodia Syluarum terrarum nostrarum Russiae praestat, Eundem Petrum in pacifica possessione et libero vsufructu medietatis Advocatiae alias Kmiastwa, ni villa nra Stbilisze, ac Molendini, Tabernae, hortulanis, ac duobus laneis, prahigs adeandem ex antiquo pertinen, ni Districtu Samboriensi consisten, conseruandum et relmignendum esse duximus; prout conseruamus et relmiguimus hisce lris nostris, ad extrema vsqs vitae illius tempora; praedictam medietatem Soultetiae per pfatum Petrum, cum omnibus fructibus, prouentibus, redditibus, vtilitatibus, obuentionibus vniuersis, modo quocunqs ad prefatam medietatem Advocatiae pertinen, nullis penitus exceptis, Cum omni iure, dominio ac proprietate, tamen habenda vtifruen, pacifiqs et quiete quoad vixerit possiden?

Promittentes verbo mõ Regio pro nobis et Serenissimis
successoribus nostris, quod vita illius durante, nemini
subditorum nostrorum, cuiuscunqꝫ status, conditionis
et dignitatis fuerit, prædictam medietatem Advocatiæ
de manibus ipsius redimere non permittemus, nec re-
remissi successores nostri adiment, imõ nec nos ipsi, pro
mensa, fisco, cognina, stabulo, vel quacunqꝫ alia nostra
aut Reipublicæ necessitate, illam medietatem Advocatiæ
ab illo amovebimus, sed eundem quoad vixerit, in pos-
sessione eiusdem conservabimus, ac Serenissimi successores
nostri conservabunt. Post mortem verõ prædicti Petri,
medietas memorata Advocatia ad nos pleno iure re-
dibit ac devolvetur, juribus tamen nostris ibidem
salvis per omnia permanentibus. In cuius rei fidem et
testimoniũ, præsentes manuũa subscripsimus, sigillóꝫ
Regni nostri subappenso muniri iussimus. Datũ in Ci-
vitate mã Leopoliensi die tertia Mensis Junij Anno
Domini mo Do Lxxo octavo. Regni nostri tertio.

Stephanus Rex spt.

Signatum per flor: in Terata
Præsidẽ Jacobo Sabowsky
ki assignata.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ, et Significa-
mus his lris nostris quorum interest vniversis et singu-
lis earum notitiam habituris. Quia nos habentes
rationem ministeriorum nobis et Reipublicæ in expedi-

v.p.

tione

tione contra Gedanenses, tum chiarum repellendis tor-
taris non ita pridem terras más Moltinia inuadentes,
summo cum studio prastitorum, Nobilis Jacobi Sabow-
ski Militis nostri Stipendiarij, Considerantes praterea
eundem in eo conflictu cum Tortaris tantas plagas at
vulnera ab hoste accepisse, vt pené ad militiam postmo-
dum exercendam et res guasuis agendas ineptus red-
ditus sit: Stipendium annuum ad extrema vita sua
tempora dandum et assignandum illi censuimus; quò
scilicet haberet, vnde vitam suam sustentare quo-
quomodo posset: Vt hisce per praesentes hás nrás
damus et assignamus illi florenos quadraginta sin-
gulis annis ex prouentibus tomita nostra Prasmiensis
à Tomtario nostro Prasmiensi, ad diem Dnio Bar-
tholomaeo sacrum, sine omni mora et difficultate
percipiendos. Quod quidem omnibus quorum interest,
maxime vero Generoso Christopho Nisbeziglu, tem-
tario ad praesens Prasmiensi, ac alteri cuius postmo-
dum futuro, notum esse volumus: eidemgs seriò iniun-
gimus: vt Stipendium hoc quadraginta florenorũ
huiusmodi ipsi Nobili Jacobo Sabowski singulis annis,
ad diem superius assignatũ, ex prouentibus istius
tomitae nostris, sine quauis turgiuersatione et difficul-
tate numeret ac pendat, Nos verò id mirationibus
á fidelitate ina exigendis semper suscepturis-
mus. In cuius rei fidem praesentes manu nostra
subscripsimus, et sigillo nostro munire mandaui-
mus. Datum Leopoli die Tertia Mensis
Junij Anno Domini Millesimo. D° Lxx° vij
Regni vero nostri anno Tertio

Stephanus Rex

Liberis olim Kilarowicz Tutores dantur.

v.p.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniae &c. Significa-
mus hiis lris nostris quorum interest vniuersis et sing-
lis earum notitiam habituris, Quod cum relatum no-
bis esset à nonnullis Regni nostri Consiliariis, Valen-
tinum Kilarowicz de Kothkowitze vitam morte co-
mmutasse, relictis minoremibus liberis, rebus suas ad-
ministrare ac procurare non valentibus, Francisco
Scyt, Anna et Agnetse: nos itaqs promouere nostro
Regio, vbi tutor et patronus Summus omnium in Regno
nostro pupillorum, rationibus memoratorum Valentini
Kilarowicz liberorum prospicere cupientes, dandos et
constituendos illis tutores et curatores esse existima-
mus: vbi sane per praesentes lras nras damus et co-
stituimus. Petrum Rachwalik et Petrum Mussla,
nobis de melioribus notatos, et quibus etiam Si-
mon at Georgius Kilarowiczta de Kothkowitze, pupil-
lorum ipsorum propinqui, ad quos praecipue iure natu-
rali tutoria horum pupillorum spectabat, ius hor
sum tutorie coram his ex causis iuridice et legitime
contulerunt et resignauerunt. Damusqs illis ipsis
à nobis constitutis tutoribus, plenã, integram et

omni modam potestatem et facultatem, primùm gni=
dem liberos illos honeste ac ita, vbi eorũ etas et cõ=
ditio exposcit, educandi et erudiendi, bona eorun=
dem omnia mobilia et immobilia nullis prorsus ex cophis,
à patre ipsorum relicta, et quæ nis alia iure na=
turali successionis ad eos spectantia et pertinen=
tia, cum fructu et emolumento eorum quam pote=
rit maximo, administrandi, regendi et gubernan=
di. Cæteraq3 omnia et singula negotia liberos
hosce quæ nis ratione concernentia, agendi, tractã=
di ac confiriendi. Tum et alia quæq3 ad munus
bonorum et fidelium tutorum pertinentia exer=
cendi. Jd vero ad legitimam istorum liberorũ
rum ætatem. Quibus, vbi annos maturiores adi=
erint, aut omnis alteri omnis interierit, admini=
strata à se tutella rationem faciant ex præ=
scripto legum: Nolumus nihilominus quicquam
derogatum esse hac nra concessione tutellæ,
iure propinquiorum: quos ad salvum illis esse per=
manere declaramus. In cuius rei fidem sigil=
lum nostrum præsentibus est appressum Datũ
Leopoli die quarta Junij Anno Domini
m° d° Lxx° vnjo Regni nri tertio.

Stephanus Rex

Confirmatio literarum super
fortalitia oppidi colonis
villæ Raskii Districtûs
Nowogrodek

Stephanus dei gratia Rex Polonie &c Significamus presentibus litteris nostris quorum interest
v.f. vniversis et singulis presentibus et futuris, harum
notitiam habituris, Exhibitas nobis esse tras
pargamenas, sanas, salvas, omnigs suspitionis no-
ta carentes, sub titulo sigilligs appensione sere-
nissimi olim Sigismundi Augusti antecessoris nri,
Continentes in se confirmationem trarum, per sere-
nissimum Sigismundum antecessorem nostrum
super prestanda onera colonis ville nostre
Ruskie Dimitrze munupata, datarum. Supplica-
tumgs est nobis per certos Consiliarios nostros,
vt easdem tras omniags in eis contenta, autorita-
te nostra confirmare, approbare, et ratificare dig-
naremur. Quarum tenor de verbo ad verbum
is sequitur. S I G I S M V N D V S Augu-
stus Dei gratia Rex Polonie, magnus Dux Litua-
nie, Russie, Prussie, Masovie, Samogitie &c. Vf
Dominus et hæres. Significamus tenore presentium
quibus expedit vniversis et singulis, presentibus
et futuris, harum noticiam habituris, Exhi-
buisse nobis certos Consiliarios nros, nomine labo-
riosorum Colonorum ville Ruskie Dimitrze mun-
cupate, sub oppido Sedrzeje, in terra et Capi-
tanea tn Leopolien constitutis, subditorum no-
strorum, litteras pargameneas, titulo et sigillo
Dñi parentis nostri communitas, de laboribus
et solutionibus nobis debitis disponentes, sanas,
salvas et integras, nulligs vitio aut suspitioni
obnoxias, Supplicassegs, vt eiusmodi litteras

et omnia eorum contenta, autoritate nostra Re=
gia approbare, ratificare et confirmare dignare=
mur. Quorum is tenor de verbo ad verbum fue=
rat. SIGISMUNDUS Dei gratia Rex Polonie,
Magnus Dux Lithuanie, Russie, Prussieq3 &c Do=
minus et hæres. Significamus tenore presentium
quibus expedit vniuersis horum notitiã habituris.
Quia compatiendo calamitati et damnis laborioso=
rum colonorum nostrorum ville Russkie Dimitrze nuncupate,
sub oppido Sedrzeymi terre et Capitaneatu Leopolien=
sis, quibus nuper sunt affecti, dum Tartari et Tarta=
ri hus ad vastanda dominia nra hoc anno aduene=
rant; statuimus et decernimus quod deinceps spe=
ciatim colonus seu quisq3 Orech de singulo laneo
agri quatuordecim dies in anno nobis ad prædi=
nostrum Humienieze laborabit, id quod Capita=
neus noster Sui tui vices gerend præcipient. Item
dabunt nobis et dare tenebuntur Orethones
prefati, de quolibet lanco per duas tumas, quæ
vulgari nomine dicuntur Klodij auene, per duo=
decim ona, per duos gallos, et per Sedecim gros=
sos Polonicales pro censu, ad quodlibet festum
Sancti Martini Confessoris, ab alijs omnibus
laboribus et oneribus sunt liberi et exempti
in eternum. Et quia vti supra attigimus, supra scri=
pti Coloni nostri plurimi sunt per hostes nros
damnificati, Itaq3 damus et concedimus eis præ=
sentibus, quatuor annos libertati a solutione su=
prascripti census Sedecim grossorum, à datione
Anene, gallorum et ouorum, ab omnibusq3 alijs
datijs et Contribuhionibus nostris, sed expirato

gnadriemio, rursus hac omnia iuxta suprascripta
ordinationem solvere erunt nobis obligati, Exce-
pto eo gnod circa piscinas nostras superiorem et
inferiorem, et gnot gnot postea fieri poterint, cu
per officiales nros regnientur laborare debet,
non obstante suprascripta libertate gnatuorom-
norum, Ratione cuius labor permittimus eis li-
berum usum fluminis Sczirek. Harum gnibus si-
gillum nostrum est appensum testimonio lrarum
Datis in Civitate nostra Leopoliensi feria gnar-
ta proxima post festum Sancti Francisci Anno
Domini millesimo, gningentesimo, vigesimo gnarto.
Regni vero nostri anno Decimo Octauo. Pro-
Magnifici Cristophori de Schydlowiecz Pala-
tini et Capitanei Gnalis Cracovien, ac Regni Po-
lonie Cancellarij, Cristophorus de Schydlo-
wiecz Palat. et C. Crac ac R. P. Cancellus scat
Nos itagne Sigismundus Augustus Rex presta-
tus, supplicationi cuismodi benigne annuentes,
has literas universas in quantum usus earum retinetur,
in omnibus punctis, clausulis, conditionibus et arti-
culis, autoritate nra Regia approbamus, ratificamus,
et confirmamus, viriqs et robur debite firmitatis
obtinere debere decernimus. In cuius testimonio
literarum gnibus sigillum nostrum est subappensum
Datis Piotrcovie in Convention Regni nostri
generali feria tertia in vigilia Sancti Thome
Apostoli Anno Domini, Millesimo, gningentesimo
gningnagesimo octauo. Regni nostri vigesimo No-
no. Ioannes Ocziesky R. P. Cancell Frat, Pro-
Magco Joannis de Ocziesyno Regni Polonie Can-

Cancellarij, Cracouiensis generalis, ac Oswięcimen̄
Fatoriem, Sandecen olstinen̄ Capitanei. Nos
itaque Stephanus Rex praenominatus, supplicatio-
cinsmodi ad nos facte benigne annuen, tras pre-
insertas omniaq̄ in eis contenta, quantum iuri co-
muni non derogauerint, etsi in vsu et possone ꝑfati
Colonj earum fuerint, in omnibus, punctis, clausu-
lis, articulis, et conditionibus, confirmādas, ap-
probandas et ratificandas esse duximus: vtigitur
penitibus tēis nris confirmamus, approbamus et
ratificamus: Decernen̄ easdem vim et robur de-
bite firmitatis obtinere debere. In cuius rei
fidem sigillum nrum pendentibus fecimus appendi iussi-
mus et manu nra subscripsimus. Datum Leopoli
die quarta Junij Anno Dm 1578 Regni nri 3tio

Stephanus Rex

Privilegium molitoris villæ Siedlec S.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ &c Scamus &c.
Quod cum expositum esset nobis nomine Pro-
ni di Nicolai molitoris villæ nostræ Siedlec S.
ad Capitaneatum nostrum Belzensem perti-
nentis; peruisse sibi casu quodam infausto Privile-

gium

gium, quod patri ipsius Joannis Vacz ab olim serenissimo
Rege Sigismundo Augusto, super hoc ipsum in villa Sie-
dlecz Molendinum concessum fuerat, Supplicaretur q3 no-
bis, vt in locum eiusdē deperditi Priuilegii, aliud nouum si-
mile priori illi, pro clementia et benignitate nra concederē-
mus; Nos iustam et legibus Regni nostri consentaneam
hanc petitionem esse iudicantes, edoctq3 testimoniis suf-
ficientibus Colonorum quorundam ex villis eiusdem ca-
pitaneatus Belzensis, quod vere hoc ipsum priuilegium
deperditum esset, atque praeterea de contentis ipsius
ex rescripto seu copia illius coram nobis reproducta
informati, ei hoc nostrum praesens priuilegium in locū
prioris, inpta eandem coram nobis exhibitam copiam,
dandum et concedendum esse duximus; damusq3
et concedimus. Quo quidem priuilegio nostro eidem
ipsi Nicolao Successoribusq3 ipsius Molendinum supra-
dictum in villa nostra Siedlicz, in Capitaneatu
Belzensi sita, cum omnibus eiusdem Molendini quae
nunc sunt, attinentiis, damus, donamus et inscribimus,
per ipsum Successoresq3 ipsius, more aliorum Regni no-
stri molendinatorum temporibus perpetuis obtinendū
et possidend, hac minime rahone, vt duae mensurae
emolumentorum nobis et Successoribus nostris proueniat.
Tertiam vero Molendinator praenominatus et Successo-
res illius percipiant. Debebit autem et sui Successores
debebunt Molendinū ipsum opera et impensis suis dili-
genter instaurare et reparare, ac rotas quod necessa-
rias fuerint construere et reformare, praeter violen-
tam aggeris ab impetu aquarum ruptura, tunc enim
Subditi nostri de Siedlicz et villis vicinoribus, quan-
do Capitaneus noster mandauerit aggerem reparare
tenebuntur. In quorum omnium fidem &c Datū Leopoli
die Quarta Junij Anno Dni 1578 Regni nri tertio.

Stephanus Rex

Consensus condescenden de molendino in villa Domasson in filios molendinatoris ibi. dem

Stephanus Dei gratia Rex Poloniae &c Significamus, &c
v.j. Quia nos ad intercessionem certorum Consiliariorum nostrorum, pro Honesta Petronella, Molendini in villa nostra Domasson, ad Capitaneatum Belzensem pertinen, possessore, apud nos interpositam, consentien et permitten illi esse duximus, consentimusq; et permittimus heis hiis te nostris, ut de omni jure suo Adultabitio, acquomis cho mi Molendino supradicto habito possit coram Archigni: busq; antenbiis in personas, Stanislai et Eliae suae Jlkomis filiorum suorum condescendere, in eosq; omne jus sum transfundere et transferre. Quod quidem Molendinum filij ipsius praenominati, Stanislaus et Elias, quisq; illorum pro suo interesse tenebunt atq; possidebunt, cum omnibus eiusdem Molendini quae munus sunt attinentiis, ad vsq; extrema vitae suae tempora. Promittimus autem pro nobis et sereniss̄imis successoribus nostris, nulli nos vnquam hominum redimendorum fratrum supradictorum, pro eorumq; illorum interesse, potestatem quoad vixerint facturos aut concessuros esse, successoresq; nostri non facient, sed et neq; nos ipsi aut successores nostri eosdem ullo vnquam tempore de eodem Molendino redimemus, verum in pacifica illius possessione ipsos seu ipsorum quemlibet pro interesse eorum conservabimus. In cuius tamen

nostris Regalibus ibidem Salvis. In cuius rei fidem. Datt
Leopoli die quinta Mensis Junij Anno Domini 1578
Regni vero nostri Anno Tercio.

Stephanus Rex

Confirmacio concessionis molendini in suburbio Busceñ Petro Molitori de Busko.

Stephanus dei gratia Rex Polonie, &c. Significamus. Quod
Exhibitas ac reproductas este coram nobis Nob. Magnifici
Stanislai Comitis de Gorka, tum quidem Capitanei Bu-
scen. Colen. &c. nunc vero Chiad. Posnanien. Palatini, manu illi-
us subscriptas, sigillog. pensili communitas, quibus ille vt
comoda Capitaneatus nostri Buscen. augeret, facultatem
edificandi Molendini in suburbio Buscensi, in stagno et
fluuio dicto Slothwina, Promido Petro Molitori de Busko
